de hered. inst., et in l. hereditas 61 ff. de adquid. re
rum dominio et in d. l. liber homo 13 § si seruus he
redita. in fin. ff. ad leg. Aquil. et in l. legatum 116
§ seruo hereditario ff. de lega. 1, et in l. eius seruum 42
ff. de reb. credit., et in l. seruus heredita. 35 ff. de stipu.
seruo., et in l. si ante aditam 15 ff. de interro. in iure
fac. et in d. l. si titio 55 § 1 in fine ff. de lega. 2. ita
obseruant, et exponunt precitata iuris consultorum responsa
Anto. fau. in iuris prud. tit. 2. pp. 5 illac. 3, cuia in re
cita. solemni ad d. l. si titio 55 § 1 ff. de lega. 2. —
Et Anto. fau. precitato loco simul ex hac distinctione
infert hereditatem iacentem in his tantummodo rebus acti
onibus aut adquisitionibus, que iuris sunt pro domi
na haberi, in illis autem que in facto consistunt, et ad
quarum expeditionem verus dominus requiritur in heredi
tate dominium efficax non considerari ut effectum possint
sortiri et ratio fundamentalis ex eo proficiscitur quoniam

UVA.BHSC

ad ea quæ facti sunt, et realem existentiam habere debent
iuris fictiones neque pertinent neque sufficiunt ex l. de
nique 19 ff. ex quibus causis maio. l. in bello 12 § facti ff. de
Capt. unde hermogenianus iuris Cons. in l. hæreditas 67
ff. de adquid. rerum dominio, postquam supponit hæreditatem
iacentem in multis iuris partibus pro domina haberi at
que ob eam rationem per servos hæreditarios adquirere
posse subiungit in his casibus in quibus factum personæ operæ
ve substantia desideratur nihil hæreditati per servum hæ
reditarium adquiri valere, ex quo infert hæreditatem servo
hæreditario delatam adiri per eum non posse quasque hæres
aliquis existat, qui tali servo hæreditario hæredi ins
tituto iubere possit ut talem hæreditatem agnoscat et tan
dem in § fin. subicit iuris Cons. neque per servum hæredita
rium hæreditati iacenti usum fructum adquiri valere
quoniam ad usus fructus constitutionem et adquisitionem vera per
sona necessaria est et quæ realiter existat neque ficta su
ficit ut possit institui, l. usus fructus 26 de stipu servo.
de cuius vera expositione et conciliatione cum l. fin. ff. co
munia prædio. videndus est Anto. Faber lib. 29 coniec. cap.
16 ade etiam ex eadem ratione neque furtum hæreditati iacenti
fieri posse nisi in casibus relatis in l. hæreditariæ 68 cum
duabus sequent. ff. de furt. et in l. fin. ff. de crimine expila
tæ hæred. ubi notandum est cum Paulo iuris Cons. furtum hæ
reditati non fieri, sicut nec fit eius rei quæ sine domi
no reperitur, et merito sane quoniam furtum non committitur
nisi sit persona adversus quam committatur, l. falsus 43 §
qui alienum vers. quod si dominus ff. de furt., furtum namque con

UVA.BHSC

trectatio est alienę rei inuito domino, l. qui vas 48 § qui voluntate ff eodem tit. iuncto pp. inst. de obliga. quę ex delicto nascuntur; Ergo dominum aliquem esse necesse est quo inuito res contrectetur ut furtum fieri possit, velle autem aut nolle facti est, l. qui seruum 47 iuncta l. 4 ff de adquid. hęred, l. 3 et 4 ff de reg. iuris atque ideo in hęreditate voluntas, aut noluntas esse non potest, quoniam licet persona iudicetur, vere tamen persona non est, aliam etiam ranem redit Vlpia. ex Scęuola in l. 1 § scęuola ff si his qui testo. liberesse iussus fue. nimirum quod possessionis furtum fiat non dominij hęreditas autem licet domina iudicetur posidere non potest, quoniam possessio animo et corpore simul concurrentibus, quęritur ex l. 3 § 1 cum similibus ff de adquid. possessio. hęc et alia obseruatione digna docent Anto. Fauer in iurisp. d tit. 1 pp. 5 illac. 3 et noster Bal. lib. 1 illust. trac. 3 cap. 2 n 20.

15 2° similiter pręmoneo quod licet hęreditas dum iacens est domina iudicetur ex eo quod defuncti personam repręsentat et vniuersa ipsius iura substinet et bona conseruat l. nihil est aliud 24 ff de verbo. sig. l. hęreditas 34, l. hęreditas 61 ff de adq. re. dominio. l. non minus 31 § 1 de hęred. inst. l. liber homo 18 § si seruus ff ad leg. Aquil. l. si anteaditam 15 ff de interro. in iure fac. l. legatum 116 § seruo hęreditario ff de lega. 1, l. mortuo 22 de fideiuso, l. nouatio 24 in fine ff de noua. defunctus tamen qui in hęreditate repręsentatur dominus ~~dominus~~ quidem

licet hereditas domina consideretur ex eo, quod defuncti personam repręsentat, defunctus tamen qui in hęredita repręsentatur, dominus tamen non est, neque ficte.

UVA.BHSC

nest neque veritate inspecta, neque adhuc fictione iuris admissa; nullo igitur modo defunctus dominus existimatur, sive de vero et reali sive de ficto dominio loquamur, licet aliud in hereditate contingat ut in precedenti premonuimus, et ratio quidem ex eo proficiscitur quoniam ex ipso mortis instanti dominium quod habebat defunctus amisit. l. vers. quod autem ff. de re. divisio. l. si ego 9 § si res de iure docta iunctis traditis supra n. 11, et observat Cuia. lib. 27 quest. Pap. in l. si servus communis 18 § servus capto. ff. de stipu. servo. atque ideo concepta stipulatio ab hereditario servo in qua nominatim domino predefuncto dari stipulatus fuit nullo modo subsistit, licet hereditati nominatim concepta vel impersonaliter, aut in persona ipsius servi legitima sit, l. eius servum § 2 ff. de reb. cred. d. l. si servus communis 18 § servus capto, l. servus 3 § ff. de stipu. servo. quae coniungenda sunt, quae tradidimus supra n. 12, et sequent. et alia plura, quae in confirmatione observant Cuia. Oto. et Anto. fau. quos laudat Val. lib. 3 illust. trac. 1 capit. n. 17 et ratio primaria in eo consistit quoniam licet hereditas dominia iudicetur ex eo quod defuncti personam repraesentat, ex hoc ipso pp.o necessario deducitur defunctum ex mortis instanti dominum esse desiisse adhuc fictione iuris considerata, quoniam dominium nihilominus nullo modo potest pro solido apud utrumque reperiri ex reg. tex. in l. ~~sicut~~ si ut certo 5.a § si duobus vehiculum ff. comodati, l. de hereditate 19 § pater ff. de cast. pecul.

UVA.BHSC

itaque pugnat iuris dispositio vt adhuc per fictio
nem iacente hereditate dominium rerum hereditariarum in ipsa hereditate sit et apud defunctum simul
considerari possit. Cum igitur iuris necessitas et fictio
ab ipso mortis instanti hereditatem dominam consti
tuat necessario sequitur dominium adhuc fictum defunc
to abstulisse. alias enim dominium fictum pro soli
do et eodem tempore apud vtrumque defunctum scili
cet et hereditatem consideraretur, quod iuris regulis re
pugnat vt notat inter alias Ant. Fauz in rubr. tit.
2 pp. 4 illa. 5 et pp. 5 illat. 3, et in rale. ad tex. in
l. sicut certo. 5 §. si duobus vehiculum ff. comodati.

16 Ex qua observatione et iuris pp. illud etiam deprimitur, quod li
cet in hereditate iacente defuncti persona repraesen
tetur, non tamen inde sequitur personam defuncti vt defunc
tus iam consideratur et in eo statu in quo dominium sui pa
trimonii iam amiserat eandem esse aut eandem per
fictionem considerari cum persona hereditatis ficta
quo potius certum est hereditatis personam quae abs
que vllo corpore iuris intellectum habet ex l. hereditas
50 ff. de pet. heredit. dissimilem prorsus et diversam
esse a persona defuncti repraesentata quatenus ad iu
ris effectus expectat, neque enim eandem esse potest esse per
sona quae repraesentat et quae repraesentatur vt observat
Val. d. lib. 3 illust. trac. 1 Cap. 1 n. 7. persona namque
hereditatis ficta repraesentat personam defuncti vt do
minium quod ante mortem habuit possit in hereditatem ipsam

Docetur quod persona fi
cta hereditatis diversa
est, a persona defuncti in ea
repraesentata:

hereditas personam defun
ti repraesentat, vt dominium
quod ante mortem habebat,
in ipsam hereditatem contin
uetur; non vt nomen defun
ti, aut persona ipsa in
hereditate consideretur

UVA.BHSC

Contineri et quasi nunquam interruptum aut vacans po
sit postea mediante hereditatis persona in heredem
quandoque adeuntem transfundi ex eo instanti quo de
functus decessit, l. heres quandoque 54 ff. de adquid. he
red. l. legatum 80 ff. de lega. 2 l. cum heredes 33 ff.
de adquid. possessio. l. 1 § scevola ff. si his qui testo.
liber esse iussus fuerit, l. si ex re 28 § fin. ff. de stipu.
servo; l. omnis 138, l. omnia 193 ff. de reg. iuris, no
tat Anto. Fau. in iurisp. d. tit. 2 pp. 5 illa 3 § ad hanc
illationem: Ceterum talis fictio non operatur ut personalitas
ipsa aut nomen defuncti in hereditate continetur, quippe
cum iam mortuus sit, neque personalitatem neque nomen
habere intelligitur et quatenus ad dominii translationem
quam operatur legis dispositio et fictio non desideratur nomi
nis translatio aut representatio, quoniam nullam cum do
minii translatione aut continuatione connexitatem habet
ut subtiliter observat Anto. Fau. in nali. ad d. l. eius qui
31 vers. nam si nominatim ff. de reb. cred. et hanc esse ratio
profitetur propter quam stipulatio a servo hereditario
fictio domino pro defuncto nominatim concepta non subsistit
nec in hereditatem continuatur ex decisione tex. in d. l.
eius servum 31 ff. de reb. cred. et in d. l. si servus com.
18 § servus capto. ff. de stip. servo. quoniam hereditas quem
ticium representat iam defunctum ipse titius non est et conse
quenter stipulatio neque valere potest in persona ticii qui
iam decessit neque in persona hereditatis quoniam servus
nominatim ticio qui non subsistit fuit stipulatus, no
men autem aut personalitas ticii in hereditatem non transfertur

UVA.BHSC

sed tantummodo ipsius persona in hereditate re
presentatur per fictionem ut dominij continuatio po
sit induci, animadvertendum tamen est defunctum in
eo statu in hereditate representari quo in ultimo
vitae momento, et moribundus adhuc existebat instans
enim extremum quo pater familias moritur vitae potius quam
morti adscribitur ex decis. tex. in l. fin. ff. de condic.
inst. l. qui duos 18 § 1 ff. de munumis. testo. et con
sequenter dici non potest eo instanti testationis bona nu
llius esse quandoquidem dominium adhuc viventem
habent neque rursus bona nullius dici possunt pri
mo instanti q. post mortem immediate sequitur ex
tremum instans vitae quoniam eo demum instanti per
legis fictionem introducitur hereditas quae domini per
sonam inducens et representans domina constituatur
eorum omnium quorum defunctus dominium amisit et
subtiliter raciocinatur Anto. fau. in rubr. p. d. tit. 2
pp. § illa 5. § ad hanc illationem. Cum igitur nullum ins
tans detur aut considerari possit inter introductio
nem personae hereditatis fictae et ultimum vitae extremum
testatoris necessario sequitur in hereditatem ilico et nu
llo instanti interiecto dominium continuari ex quo
instanti defunctus dominium amisit et consequenter
nullo tempore tale dominium nec per legis fictionem
apud defunctum et hereditatem simul, aut pro solido
considerari posse.

17 Ex quibus omnibus fatemur profecto he
reditatem iacentem dominam esse si veritatem inspiciamus

UVA.BHSC

ut prouauimus supra n. 10, licet fictione iuris animad
uersa domina iudicetur extraditis supra n. 14. = Admi
timus similiter defunctum ex mortis instanti rerum ~~suarum~~
suarum dominium amittere ut fuse satis demonstrauimus
supra n. 11 adeo ut neque fictione considerata possit do
minium in persona defuncti iudicari licet in hereditate
dum iacens est talis persona defuncti repraesentetur, quoniam
persona defuncti representata aliena est et prorsus dissi
milis a persona hereditatis ficta ut tradidimus n. 12 cum
sequent. Ceterum licet pp.a superiora admittamus illud
tantummodo de promitti iacente quidem hereditate do
minum praedefunctum neque vere dominium existere ne
que ficte dominum considerari posse quoniam dominium
verum morte interueniente penitus euanuit, rursus domi
nium fictum a persona defuncti discessit et in hereditatis per
sonam fictam transfusum atque continuatum fuit ex ipso mor
tis instanti idque et subtilitate et necessitate iuris cogente
ne dominium saltem fictum et apud defunctum et apud here
ditatem simul et eodem tempore pro solido admittere co
geremur aduersus reg. tex. in l. sicut certo § duobus ve
hiculum ff. commodati iuncta l. de hereditate 19 § pater
3 ff. de cast. pecul. = n. tamen inde infertur hereditatem
dominam n. esse neque prouatur ex eo talem n. nuncupari
quoniam heri id est defuncti qui dominus extitit per
sonam representat, quin potius ex eo quod defunctus ne
que vere dominus existit neque ficte dominus consi
deratur necessario infertur hereditatem ipsam quatenus
ad iuris effectus expectat dominam fingi, et ab hero do

UVA.BHSC

minam dici, quoniam dominium quod apud defunctum ex
titerat ex mortis instanti in hereditatem transfunditur,
et ex tali translatione, sive continuatione dominium
penitus a defuncto recedi, et consequenter nihil oficiu
nt arguta supra expensa contra conclusionem in qua
profitemur ex eo hereditatem ita appellari quoniam do
mina est, et quoniam ab hero idest defuncto qui do
minus extitit denominationem desumpsit = utrum autem
dominio adhuc per fictionem in persona defuncti nex
istente atqui porsus sublato ipsius tamen persona qu
atenus ad capacitatem expectat inspicienda sit, ut he
reditarij servi possint heredes institui, aut ipsis lega
ta utiliter relinqui, ut hereditati iacenti vel heredi pos
tea futuro adquirere possint dificilis quaestio est,
et quae proxima ~~est~~ videbatur et exponenda in pp.is quae
supra tradidimus, nam capacitatem inspici debere ex per
sona defuncti affirmant Cons. in l. n minus 31 § 1 et
in l. servus hereditarius 62 ff de hered. inst. et in l. le
gatum 116 § servo hereditario de lega. 1 e converso au
tem negant Consulti in l. eius servum 64 ff de hered. inst.
et in l. si titio 55 § 1 ff de lega. 2. resolutio ergo huius
quaestionis altiorem indaginem requirit et idio cap. sequent.
elucidanda est.

18 Proposita iam et exposita hereditatis ori
gine, atque denominatione succedanea est ~~eius~~ ipsius definitio
quae traditur a Consul. in l. nihil aliud 24 ff de verbo. sig.
et transcribitur a Consulto in l. hereditas 62 ff de reg. iuris
iuncta l. 3 ff de bono. possessio. ex qq. deprimitur hereditatem

UVA.BHSC

esse successionem in universum ius quod defunctus habuit
quam difinitionem exponunt et illustrant Petrus Fauer,
Jaco. Reuar. Jaco. Cuia. in d. l. hereditas 62 ff. de
reg. iuris, Sebastianus Medicis lib. 2 difinitio. Cap.
39, Briso. lib. 8 de verbo. sig. verbo hereditas, Ba
co. lib. 3 decla. Cap. 4 & Dua. ad tit. ff. de adquid. hered.
in pp. Don. lib. 6 Coment. Cap. 2 et ibidem Osual. litt.
A. et sequent. Pich. in relectionibus ad nostrum tit.
Cap. 2 ex n. 4 et ad rubricam tit. inst. de hered. inst.
n. 17, Val. lib. 3 illust. trac. 1 Cap. 1 n. 14, ex quibus omni
bus ut nostrae definitionis verba vrevitr exponamus
in primis animaduertendum est verbum successio (prae
termissis aliquibus acceptionibus de quibus agunt doctores
vbi supra) generis loco appositum fuisse, et ex recepta
Comunitr Bart. sencia pro re sive persona ipsa he
reditatis ficta, quae in vniuersa defuncti iura succedit
accipi, quemadmodum accesio pro re sive persona ipsa
quae accedit regularitr in vsu iuris vsurpatr, atque ideo
fideiussor, qui principalis obligationis accesio est, et
persona quae ad creditoris securitatem, simul cum prin
cipali obligatione contrahit accesio appellatr a Iust.
Impera. in § fideiussores § inst. de fideiuso; et successio
Comunitr pro successore ipso in vsu iuris accipitr vt
l. tutoris tui 2. Cod. ad legem Iulia. de vi publica
et in l. cum in antiquioribus 19 vers. ideoque ibi in
successionem suam transmittat et inferius ibi hoc ius ad
suam successionem, et rursus ibi is cum successione sua Cod.
de iure de lib. in quibus verbis successionis verbo successores ipsi

Successio ponitur loco generis, quatenus conuenit omni successioni. In vniuersum ius loco differentiae quatenus differt ab articularibus successoribus. Vt legatarius

UVA.BHSC

ab Impera. demonstrantur, vt aperte constat ex fin.
verbis d. l. ibi suis successoribus, in quibus verbis succe
sores appellauit Iustinia, quos in verbis antece
dentibus successionis verbo complexus fuerat
conducunt tex. in l. mater 19 ff. de inof. testo. et
in l. heres instituta 3 Cod. de impub. et aliis su=
bst. et in l. nec nos 4 Cod. de post. lim. reuer. Et
in hoc sensu conuenit hereditas quatenus succe
sio est, et persona ficta quae defuncto succedit tam
heredi quam quibuslibet aliis, siue per vniuer
sitatem, siue singulari iure in alterius locum succe
dentibus quoniam successorum nomine ij omnes ex
verbi generalitate comprehenduntur, et continen
tur vt docent cons. in l. flaminum 24 § 1 vers. adi
citur ff. de dam. infecto, et in l. in solum 6 ff. de in
integrum restitu. et in l. 1 § in locum ff. quod legato.
atque ideo successores alij in vniuersum ius, alij ve
ro in rem aliquam, aut ius speciale succedunt
ex l. fin. ff. de excep. rei iudicatae, l. sciendum 19
§ de inde 5 ff. de edilic. edicto, l. venditor 49 § 1
ff. de iudicijs, l. ait praetor 7 in fin. cum l. sequent.
ff. de iure iurando, plura congesit Briso. de ver
bo. sig. lib. 17 verbo successores. Et tandem ver
bum successio conuenit etiam et complectitur vniuer
sitatem illam bonorum, atque personam fictam quae de
functo succedit et in qua vniuersa iura tam ac
tiua quam passiua comprehenduntur, et in quem
postea bonorum possessor iurisdictione praetoria succedit.

UVA.BHSC

vt docet Cons. in l. 3 ff. de bono. pos. quoniam successio
nis, aut successorum nomine et qui iure Ciuili et
qui iure pretorio succedunt continentur et non solum illi
qui ex testo, verum etiam et qui ab intestato ad heredita
tem, siue bonorum possessionem possunt admitti vt obser
uant Briso, et Ceteri scriptores supra laudati
apud quos plura reperies, quae quoniam passim
obia sunt vt ad subtiliora transitum faciamus
liuentur omittimus.

19 Cetera autem definitionis verba
illa nimirum in vniuersum ius, quod defunctus habuit
loco differentiae constituta sunt priora namque illa
in vniuersum ius manifeste demonstrant in eo differre
hereditatis successionem a ceteris successionibus parti
cularibus, quae in illis non in vniuersum ius, sed in rem parti
cularem vel speciale ius succeditur vt contingit in lega
tis, fideicomissis particularibus, et aliis similibus
adquisitionibus, quarum fit mentio in l. exceptio 3
ibi sed successoribus etiam eius de excep. re. vendit. ~~et tradit~~
et tradit in l. 1 § illud 13 in locum successisse accipi
mus ff. quod legato. et in l. si tibi 17 § pactum ff. de pac.
atque ideo legatarii distinguuntur a successoribus iu
ris vniuersi, quales sunt heredes et qui here
ditatum successores et domini efficiuntur in l. quaedam
9 § 1 versis autem ff. eodem et in § legatarii 12 cum simi
libus inst. de testis ordinandis. Praeterea poste
riora illa verba, quod defunctus habuit ostendunt here
ditatem distingi a ceteris aliis successionibus, per quas

UVA.BHSC

in universum alicuius viventis dominium, aut ius po
test aliquis succedere, qualis est successio in univer
sa debitoris bona et et iura omnia quae obtinet qu
ando creditores petunt ut distrahantur et publice su
bastentur ut debitis satisfiat quippe debitoris uni
versa iura emptori solemniter quasi per universi
tatem successori adiudicabantur, et per multas ambages
peragebatur talis venditio quoniam primum creditores
apud praetorem comparebant et petebant ut bona de
bitoris qui vel latitabat vel solvendo erat po
sidere sibi ipsis permitteretur deinde possessionem a
sequuti unum ex creditoribus qui magister dicebatur
constituebant bonorum curatorem cum quo contraheret qui
bona proscripta emere vellet et tandem facultatem
habebat talis curator sive magister ut lege qua ve
llet emptor posset bonorum venditioni adicere
de qua per universitatem successione agit Iust. et
antiquata sublata quo docet in pp. inst. de succe
sio. sublata forma autem quae in tali venditione
adhibebatur ex Teofilo observat Franciscus Baldui.
in notis ad d. tit.: eiusdem ferme qualitatis exis
tit alter successionis per universitatem modus exse
natus Cons. Claudiani dispositione introductus
in bona et universa iura mulieris ingenuae quae
servi alieni contubernio coniungebatur; sive quae
servili amore vacata aut nostri Iust. verbis utamur
ipsius consortium appetebat libertatem namque ex
tali facto amittebat ingenua mulier, et cum libertate

q.do creditores a Praetore petebant, ut curator assignetur bonis debitoris, qui latitabat.

UVA.BHSC

substantiam et patrimonium habebat conservaigi
tur efficiebatur et bona universa servi domino ad
iciebantur cuius adquisitionis mentio extat apud
eundem Iust. in § 2 inst. de successio. sublatis et in
unica Cod. de S.C. Claud. tolendo. et apud Ulp. frag.
suorum tit. 3 § 11 — Neque dissimilis fuit apud
Romanos successio adrrogatoris in bona et universum
ius illius qui cum pater famil. esset se in adrrogationem
praebebat cum capite enim et fortunas suas bonaque in
familiam ~~et alienam~~ et domum alienam adrrogatoris
scilicet transferebat ut docet Cons. Pap. in l. qui
liberis 11 § testo. 2 ff de bonorum possessio. sencundum tabu.
et huius adquisitionis mentio fit apud Iust. in
tit. inst. de adquid. per arrogationem. alios etiam suc
cessionis per universitatem etiam modos qui inter vi
vos effectum habebant retulit Cons. in l. n solum
6 ff de in integ. rest. Licet praefatae successionum spe
cies eius sint naturae ut per universitatem succedatur
in eo tamen desinunt diferunt ab hereditatis succe
sione quod hereditas successio est in universum ius defunc
ti per illas autem superstitibus succedebatur quasi
per indicem dixisse sufficiat ad nostrae definitionis
expositionem qui vero plura adiscere velit consulat
scriptores laudatos n praecedenti. —

20 Ceterum ne illotis
~~aut~~ ut aiunt manibus hinc abeamus unum tantum argu
tum adversus difinitionem et expositionem supra traditam pro
ponam quod difficile semper existimavi et ex eo proficiscitur

UVA.BHSC

q universa difinitionis verba et heredi futuro postquam
hereditatem agnouit conuenire videretur, sicut heredita
ti conueniunt quoniam sicut hereditas dum iacens est
in vniuersum ius quod defunctus habuit succedit ita si
militer succedit heres in vniuersum defuncti ius. Ita
tamen adque hereditatem agnouit adeo quod a mortis in
stanti intelligatur transactum in heredem dominium
et vniuersum ius quod defunctus obtinuerat et quod in he
reditatem per fictionem et ex legis potestate fuerat
transfusum. igitur hereditatis difinitio personam he
redis complectitur, et consequenter nulla continet verba
quae diferentiae loco constituta fuisse aseuerare po
simus atque ideo obtima difinitio non est quoniam
conuenit aliis vltra difinitum aduersus iurisconsultum
in l. 1 § verba autem ff de dolo, quod autem omnia difi
nitionis verba heredi conueniant atque successor sit
in vniuersum ius quod defunctus habuit ex ipso instanti quo
decessit licet aliquod tempus vsque ad diem aditio
nis transactum fuerit. prouant cons. in l. heres
quandoque ff § 4 ff de adquid. hered. l. legatum 80 ff
de lega. 2. l. 1 § scaeuola ff si his qui test. liberi esse
ius fuerit. l. cum heredis 23 in pp. ff de adquid. poss.
l. ex re 26 § illud 4 ff de stipu. seruo. l. de hered. 19
§ quod autem § ff de cast. pecul. l. in eo 33 ff de adq. rerum
dominio. l. liber homo 13 § seruus heredita ff ad l. Aquil.
l. omnis 38, l. omnia 193 ff de reg. iuris. licet enim ia
cens hereditas domina iudicetur et in vniuersum defunc
ti ius succedat nihilominus tamen statim adque heres

UVA.BHSC

hereditatem agnoscit cessat hereditatis fictio et here
ditaria bona proprium heredis patrimonium efficiuntur
ex l. 1 ff de sepa, l. sed si plures 10 § filio ff de vulg.
l. procuratore 90 § 1 ff de adq. hered. unde ne heredi
tatis fictione sublata et propter heredis aditionem
remota res hereditariae atque defuncti patrimonium nu
llius extitisse dici posse medio illo tempore iacens
extitit et a morte testatoris usque ad ipsius hereditatis
aditionem intercessit necessaria fuit altera iuris fictio
qua tempus aditionis instanti quo testator decessit
iungeretur et dominium rerum quas defunctus possedit
iuriumque universorum in heredem ita continuaret ut eo
quandoque adeunte iam ex mortis instanti retro suc
cessisse et defuncti personam representasse existiman
dum sit iuxta decisionem tex. in d. l. heres quandoque
§ 4 cum aliis superius adductis ff de adq. hered. ita
observant doctores communiter repetentes ad d. l. § 4 et
Anto. fau. in ral. ad d. l. hereditas 50 ff de petitione
hered. et in iurisp. tit. 2 pp. 5 illa 3 Cuia. lib. 27 quaest.
papiniani in l. si servus communis § servus capto ff de
stipu. servo. Rich. ad tit. ff de adquid. cap. 2 n. 23
et 24 val. lib. 3 illust. trac. 1 cap. 1 n. 16 ex qq. facile
iam depromitur heredem quandoque adeuntem in uniu
ersum ius quod defunctus habuit succedere et consequenter
universa definitionis verba heredi convenire prae
cipue si ex supra animadversis n. 18 repetamus
verbum successio in definitione apositum personam ip
sam quae succedit significare, et consequenter sive

UVA.BHSC

rum amamus definitionis verbum proprius et specia
lius heredi, quam hereditati conveniunt, cum heres
persona vera sit et realiter existens, quin unius
sa defuncti iura succedere potest.

22. Fulcitur preterea su
perior difficultas ex Gaudenti responso relato in l. he
res et hereditas 22 ff. de usucap. ubi diserte profite
tur hereditatem et heredem unius personae vice fungi ta
metsi duas appellationes recipiant, cuius sentia
eo tendit ut sit hereditatem et heredem unius et
eiusdem personae id est testatoris qui dominus exti
tit hereditariarum rerum vicem gerere et repraesentare
atque ideo sicut hereditas domina dicitur ita et heres
dominus est ut observat Goto. in notis ad eandem legem
verbo unius et obiter monuimus supra n. 8. — no
tandum tamen est quod licet hereditas et heres unius et
eiusdem personae vice fungantur haec tamen regula ita
intelligenda est, non quia heres et hereditas simul et
eodem tempore eiusdem personae vice fungantur quoniam
dum hereditas iacet ipsa sola defuncti personam re
praesentat et ex tali repraesentatione domina dicitur,
et tunc nullus heres est qui personam defuncti re
praesentare possit aut hereditariarum rerum dominus
existimari ubi tamen primum heres per aditionem
cepit personam defuncti gerere et repraesentare iam
amplius hereditas non est, quae defunctum repraesentare
possit quin potius hereditatis fictione repulsa nun
quam hereditatem extitisse retro fingitur, sed ex mortis instanti

explicatur l. 22. ff. de usucapionibus.

UVA.BHSC

heredem adeuntem dominum extitisse funguntur. igitur here
ditas et heres eadem persona defuncti. licet eodem tempore
hereditatis scilicet iacentis, non tamen coniunctim aut si
mul, neque enim eiusdem rei duo in solidum et eodem tempore
domini esse possunt, aut fictione iuris iudicari ex regu
lex in l. si ut certo §. si duobus vehiculum ff. comodati
cui consonat lex de hereditate 19 § pater 3 ff. de castrens.
pecul. atque ideo prima hereditatis fictione retro sub
lata in eius locum altera subintrat et succedit et amor
te testatoris statim introducta fuisse creditur nullo ins
tanti conceso in quo dominium defuncti vel in heredi
tatem vel in heredem continuetur ex dicta heres quando
que cum pluribus aliis non precedenti congestis ff. de
adquid. hered. ita predicta l. heres 22 ff. de usucapio.
subtiliter exponit Val. lib. 3 illust. cap. 1 n. 16 et ex
predicta expositione facile adstruitur supra expensa
difficultas sequenti consideratione heres et hereditas
licet diversas appellationes recipiant unius tamen
et eiusdem personae testatoris videlicet vice funguntur
quoniam eodem modo in dominium et universum ius quod de
functus habuit ex instanti mortis succedunt et ut uno
verbo dicamus nomine tantum inter se diferunt heres
et hereditas, non vero quatenus ad efectum et substan
tiam expectat. igitur cum pariter heres et hereditas in
universum ius defuncti succedant equaliter etiam et
heredi et hereditatis verba definitionis conveniunt.

22 Praete
rea et illa ratio difficultatem auget, quod heres institutus

UVA.BHSC

vel in solidum vel pro parte aut ab intestato ad he
reditatem ex l. vocatus in solidum debet hereditatem ag
noscere neque potest ipsam scindere pro parte
adeundo et pro parte repudiando ut docent Cons.
in l. 1 et 2 ff de adquid. hered. et licet n. satis
absolutum sit aut resolutum inter antiquiores et recen
ciores iuris interpretes ut veram ostendant et suade
ant rationem decidendi illa tamen iuris regulis conve
nientur apparet quod cum hereditas quae in universum de
functi ius succedit ipsius personam inducat et repre
sentet et heres postea adeundo personam defuncti
in hereditate representatam induat similiter
et representet taliter ut vice ipsius fungatur eo
dem modo quo hereditas dum iacebat functa erat
ex d. l. heres et hereditas 22 ff de usucapio impos
sibile videtur ut illius individui corporis personae vi
delicet defuncti quae in hereditate ante aditionem
representabatur pars aliqua ab herede tangeretur
aut representaretur per mediam hereditatis aditionem
quin totum corpus totamque personam tangere et re
presentari necessarium sit neque enim defuncti per
sona potest in partes scindi ita ut una pars repre
sentetur et altera non sustineatur ut elegantur docet Bart.
in explicatione l. 2 ff de adquid. hered. et in l. 2 Cod.
de indicta vidua tol. quae quidem ratio ex eo suadetur et
manifesta conspicitur quoniam sicut pars hominis
neque pro diviso neque pro indiviso homo censeri
potest ex l. si dictum 56 § 1 in stipulatione ff de evictio

UVA.BHSC

ita similiter neque in herede potest defuncti representatio pro parte admitti quoniam homo non esset neque persona iudicari posset. Si pro parte representaretur, ut observat Baco. lib. 5 declara. cap. 7 n. 1 ~~ergo~~ Cum ergo defuncti persona quae una et individua est in hereditate representetur et per hereditatis personam fictam in heredem postea adeuntem transfundatur naturaliter repugnat hereditatem pro parte relinqui et pro parte solum retineri ex l. a pars 3 in fin. ff. pro de relic. iuncta regula tex. in l. vulgaris 22 ff. de furtis et cum hereditas sit quid unum et universale, quod iuris fictione universa iura testatoris in unum collecta complectitur et personam defuncti quasi uno spiritu et corpore constantem repraesentat non potest pro parte dimitti et pro parte retineri aut pro parte adquiri et pro parte repudiare quod non solum habet locum quando uni simul et solida hereditas relinquitur ex l. 1 ff. de adquid. hered. verum etiam quando ex partibus separatis heres instituitur ex l. 2 ff. eod. et in eo similiter locum habet, qui ex parte pure et ex parte sub conditione institutus fuit et licet in partem coheres vel substitutus designetur l. si tu ex parte 75, l. si solus 79 ff. de adquid. hered. hanc rationem amplectuntur et illustrant et plures scriptores referunt Pich. ad nostrum tit. cap. 27 ex n. 10 Val. lib. 3 illust. trac. 1 cap. 4 n. 3. — Ex quibus omnibus non leviter fulcitur argumentum supra expensum quoniam si hereditas pro parte adiri et pro parte repudiari non potest ex eo quod individuam repraesentat defuncti personam, sequitur necessario et hereditatem

UVA.BHSC

ꝙz ꝺiuiꝺuꝫ iuꝺicari et Conſequenter ꝙcurꝫque
hereꝺitatꝫ agnoſcit iuꝺiuꝺuꝫ ꝺefuncti perſonꝫ in
~~ſeꝺ~~ ꝺuciꝫ ꝙꝫ in hereꝺitate repꝛeſentabatr, igit᷑ re
ꝺicte hereꝺitatis perſona n᷑ ſolet᷑ ſuccedere iure
vniuerſi ius q̃ teſtator habuit tempore mortis et
ꝙ ꝺicto neceſſariꝫ eſt ſolere vniuerſa ꝺefinitiue
verba hereꝺ Conuenire et minus proprie a iure
Cons. hereꝺitatꝫ ꝺefunctꝫ ſumere

portaꝫ exiſtimauit
23 alicuꝫ ſupra ꝺicto argumto reſpondere poſſe ꝺicen
ꝺo ꝺefinitiue verba proprie et rigoroſe ſumpta
hereꝺitatis tantummoꝺo Conuenire poſſe hereꝺi ad
le perſonꝫ Compecten᷑ valere, quoniꝫ licet᷑
ſi ꝺiceren᷑ pecuniꝫ hereꝺitatꝫ et hereꝺe vnius
et eiuꝺ perſonꝫ vice ſua ex dt᷑ here᷑ et he
reꝺitas ꝺeꝺuceꝫ proprie tamꝫ et ſtricte lo
quendo Conceꝺere le here᷑ et hereꝺitas quod
talꝫ functionꝫ diſtinguit quoniꝫ hereꝺitas ſola
et per ſe abſque alterius adminiculo iuris poſſe
tate et neceſſitate ſuadente perſonꝫ defuncti᷑
ſunt et in vniuerſꝫ ꝙ eius ius ſuccedit exmortuoꝝ
tanti dominij quo retinet᷑ rem hereditariam
toto tempore quo iacens eſt et nullus adhuc here᷑
aut dominus reperit᷑ quo dominij poſſit ſotiare
re aut defuncti perſonꝫ repꝛeſentare, Cetem here᷑
quo ſolemnitatꝫ poſt multꝫ temporis ſpatijꝫ per
aditionꝫ defunctis ſuccedere incipit᷑ immediate
ex perſona teſtatoris, ſed ex mortis ſed per

UVA.BHSC

mediã hereditatis personã defuncti iura consequi
tur et licet hereditatis agnitio ad mortis instans re
trotahatur negari tamen non potest non immediate in uni
versum ius, quod defunctus habuit succedere sed in uni
versum ius hereditatis ut considerat Val. lib. 3 illust.
trac. 1 cap. 1 n. 16, ex qua rare et altera disparitas
inter hereditatem et heredem reperitur, quoniam here
ditas sola est quae succedit in universum ius, quod defunc
tus habuit, eo tempore et instanti quo vita functus
est et eiusmodi successionem immediata quidem est et
nullo tempore interiecto, aut momento considerato
inter mortem defuncti et hereditatis introductionem vel
unico instanti bona vacantia dici aut considerari
possunt ut idem supra animaduertimus ex morte autem
testatoris usque ad hereditatis aditionem ius defuncti
vel minui vel augeri potest atque ideo licet heres
defuncto succedat non tamen succedit statim ex mortis
tempore et in illud ius quod decrescere aut extingui po
test tempore quo hereditas iacet, et si iuris disposi
tionem intueamur certo certius est non immediate defun
cto succedit, sed mediante hereditatis persona, in
qua tempore quo iacens extitit iura defuncti ili
uata extiterunt et ab ipsa hereditate in heredem trans
fusa atque translata inteliguntur ex l. 18 sequela ff. si
his qui testo liberesse iu fuerit. l. si liber homo 13 § si ser
uus hereditarius ff. ad leg. Aquil. l. legatum 116 § seruo
hereditario ff. de lega. 1, l. si ex re 28 § fin. ff. de stip. ser
uorum, l. si titio 55 § 1 de lega. 2, et in confirmationem expen

UVA.BHSC

di potest lex elegans in l. legatum 80 ff. de lega. 2
in quo iuris consultus profitetur hereditatem domini
um efficere heredem rerum hereditariarum, sicut lega
tum rei legatae legatarium dominum constituit igitur
non maledici potest, quod licet heres retrofictione ad
missa dominus existimetur a morte testatoris, ni
hilominus tamen constituitur dominus per mediam
hereditatis personam, et consequenter quatenus ad
successionem expectat disparitas inter hereditatem et
heredem reperitur, hereditas namque succedit in uni
versum suum ius quod defunctus habuit et immediate
ab ipso defuncto dominium suscipit, heres vero do
minium ab hereditate recipit atque ideo non in
universum ius defuncti directo et immediate suc
cedit sed in illud ius quod aditionis tempore in
hereditate existebat.

24. Subtilis sane atque iuris re
gulis consentanea et superior doctrina et disparita
tis ratio in successione hereditatis et successione heredis in
modo namque succedendi distinguuntur licet eiusdem
persone vice fungi certum est et quam fuerunt acceptam fero
doctissimo antecessori nostro D. Melchioris de Val. prae
citato cap. 1. n. 16 caeterum re diligentius animadversa su
ficiens non videtur ut difficultas proposita penitus disol
vatur atque ideo non impugnandi sed disserendi studio
et ut vera resolutio magis eluceat sic arguitur licet prae
dictam disparitatis ratione admittamus illud tantummodo
depromitur hereditatem immediate defuncto succedere

UVA.BHSC

heredem vero licet defuncto simpliciter succedat per me
diam hereditatis personam successionem perfici, verum tamen li
cet in modo successionis hæc dissimilitudo evidens cons
piciatur nihilominus tamen certissimum est ut fatetur idem
Val. additione quandoque subsecuta hereditatem ipsam
in heredem omne id quod in hereditate existerat statim trans
fundere ex l. legatum 80 ff. de leg. 2, l. a heredes 23 in
pp. ff. de adquid. poss. l. 2 § scevola ff. si his qui testo.
et statim post hereditatis aditionem prorsus cesare atque
evacuari ipsam hereditatis personam fictam atque illico pro
prium heredis patrimonium efici l. 1 de separat. l. sed
si plures 10 § filio ff. de vulg. l. procuratorem 90 § 1 ff.
de adquid. hered. et consequenter post aditionem iam ultra
hereditatem nullo modo appellari posse nisi impro
prie et relatione facta ad id tempus quo iacens ex
titerat, ex quo infert et fatetur sapientissimus vir, ne he
reditatis fictione retro sublata per aditionem subsecutam
res hereditaria aliquo tempore nullius fuisse appa
rerent seu considerari possent necessariam fuisse alteram iu
ris fictionem tempus aditionis instant. mortis testatoris con
iungeret et dominium rerum inter heredes continuaret
ita ut eo quandoque adeunte iam tunc a morte testatoris succe
sisse et personam defuncti statim repræsentasse existimetur
l. heres quandoque § 2 ff. de adquid. hered. l. omnis 138 l.
omnia 193 ff. de reg. iuris, l. si ex re 26 § fin. ff. de stip. servo.
et in confirmatione expendit Gabaleni responsum in d. l. heres
et hereditas 22 ff. de usucapio. qq. omnibus admissis et conside
ratis simul cecesarium fateri ex sententia præstantissimi viri

UVA.BHSC

q licet hereditas et heres diverso modo in ius defuncti
succedant quatenus tamen ad effectum expectat omnimodo uni
us et eiusdem personae vice fungi atque ideo ex mortis instan
ti heredem defuncto succedere sicut hereditas successerat quo
niam eodem modo quo hereditas potestate iuris introducitur ex
mortis instanti ut fictione saltem admissa rerum here
ditariarum dominium neque uni eo momento vacans aut
in nullius potestate considerari possit, ita similiter additione
interveniente, et 2a iuris fictione introducta heres intelli
gitur ex mortis instanti defuncto successisse, ita ut nec heredi
tas iacens fuisse credatur, neque aliquod instans considerari
possit inter testatoris mortem et hereditatis additionem, neque
momentum aliquod admitti in quo heres quia hereditatem
agnovit dominus et successor in universum ius, quod defun
ctus habebat possit non existimari, quippe si momentum
et instans aliquod admitteremus rerum hereditariarum
dominium vacans extitisse necessario fatendum esset
Ceterum momento non admisso praecisse admittendum et fatendum
est heredem ex mortis instanti successorem defuncto extitisse
adeo ut universa iura quae in hereditate extiterant et a tes
tatore in hereditatem transfusa fuerant in heredem transfun
dantur, igitur licet supra dictam sententiam amplectamur et dis
paritatem quatenus ad modum successionis expectat nihilomi
nus tamen quatenus ad effectum successionis pertinet heres
ex mortis instanti testatori succedit, sicut hereditas succe
serat, et consequenter admittere necessarium est heredem in uni
versum ius quod testator habebat successisse, hereditatem enim scin
dere, et pro parte tangere, et pro parte vero repudiare

UVA.BHSC

n posse iq. premonuimus supra n. 22 igitur definitionis
verba adhuc disparitate admissa deridi conueniunt

29 Qua
re admissa antecessoris sententia quam etiam tetigerunt lib. 7
Coment. Cap. 10 et ibidem Osbal. Litt. G. Anto. Fauer. Lib. 8 Coniec.
Cap. 17 Dua. in recit. ad nostrum tit. Cap. 6 aliquid amplius
addiciendum esse existimo, vt predicte definitionis resolutionem
radicitus eruere et ostendere possimus = Constituendum
est igitur heredem mediante hereditatis persona n solum in illud
ius succedere, q defunctus habebat cum decessit verum etiam regu
laritr omnia ea adquirere per hereditatis aditionem, que he
reditati iacenti per seruos hereditarios, et ceterarum rerum
hereditariarum ocasione adquisita fuere vt tradit Ton.
Lib. 7 Coment. Cap. 10 et quatenus ad vers. q defuncti extitit
et in hereditatem fuit transfusum prouant Cons. in l. heres 37
ff de adquid. hered. et in l. 1, 2, et 3 ff de bonorum poss., l. cum
heredes 23 in pp. ff de adquid. poss., l. heredem 59, l. quin
ius 177 ff de reg. iuris, l. 2 ff si ager vectigalis l. 2 Cod. si vnus
ex pluribus hered. l. sin ff de excep. rei vend. et trad. l. si pactum 9 ff de pro
uatio § 1 inst. de perpetuis et temp. actio, et quatenus ad ea que he
reditati iacenti adquiruntur siue per accessionem siue per alubionem
siue ex rebus ipsis hereditariis nata sint vel per seruos heredita
rios adquisita, q heredi postea adeunti adquirantur prouant
Cons. in l. item veniunt 20 § item 3 cum duobus sequent. et § hec aduersus 12
l. sed si 2 § in pp. et § fin., l. si a domino 36 § fin. l. here 51 ff de hered.
pet. l. 2 Cod. eodem, l. pecuniae verbum 178 § hereditas ff de verbo. sig.
l. liber homo 13 § si seruus hereditarius, iuncta l. huic scripturae 15
ff ad legem Aquil., l. quinta 66 § si damnum ff ad S.C. Trebellia, l. 1 § labeo

UVA.BHSC

ff. de iniuriis, l. quaesitum 91 § 9 similiter, l. legatum 116 § servo hereditario ff. de lega. 1, l. eiusque 41 ff. de rebus credit., l. quod servus 38, l. si ticio 55 § 1 ff. de lega. 2 notant Accurs. in l. item veniunt 20 § item 3 verbo omnes ff. de hered. pet. et Anto. Faver in ratio ad eandem legem litt. C. — Et sicut frequenter contingit quod hereditati iacenti plures accedant et adquirantur antequam heres agnoscat ita similiter contingere potest ut bonorum hereditariorum status diminutionem paciatur, cum enim universale quodam hereditas sit quo illectum iuris habet etiam absque aliquo corpore iuxta reg. lex in l. hereditas 50 ff. de hered. pet. facile augmentum recipit aut diminutionem d. l. item veniunt 20 § item 3 ibi nam hereditas augmentum recipit et diminutionem ff. de hered. pet. l. pecuniae verbum 178 § hereditas ibi quod et accessionem et decessionem in se recipit ff. de verbo sig. neque implicat hereditatem post mortem testatoris minui, cum et augeri possit, cum ratio augmenti et deminutionis eadem sit ex l. scribit 34 § fin. ff. de auro et arg. leg. ita observant Anto. Faver in ratio ad d. legem item veniunt 20 § item 3 et ibidem Accurs. ff. de pet. hered.

26 Praeterea observandum est quod licet heres quandoque hereditatem agnoscat retro ex instanti quo testator decessit eligatur heres extitisse et dominium rerum hereditariarum in ipsum translatum, et defuncti personae vice fungi sicut hereditas dum iacens extitit functa erat, nihilominus tamen asseverandum est non omne ius et dominium universarum rerum, quae in hereditate extiterant heredem succedere, quoniam si testator aliquam rem per vindicationem legaverit quod communiter contingit rei legatae dominium simul cum caeteris hereditariis rebus illico post mortem testatoris

UVA.BHSC

in hereditatem transfunditur, atque dominia iuris potestate constituitur ut manifeste docet iuris Cons. Pap. in l. legatum 80 in illis verbis, quod eo pertinet ut si pure res relicta sit, et legatarius non repudiaverit defuncti voluntatem recta via dominium quod hereditatis fuit ad legatarium transeat ff de lega. 2 et in verbis proxime sequentibus ubi nunquam factum heredis eadem perspicuitate subiungit Papinianus legatum legatario agnoscente dominium rei legatae nunquam ad heredem pertinuisse, sed recta via a morte testatoris ad legatarium transfusum fuisse. — Ex praefato igitur Pap. responso illud manifeste deducitur rei legatae dominium penes hereditatem iacentem extitisse, heredem autem postea adeuntem nullatenus rei legatae dominium effici, atque ob eam rationem si servus hereditarius occisus fuerit legis Aquiliae actio quae domino tantummodo quaeri potest ex l. item mela 11 § legis autem 6 ff ad leg. Aquil. hereditati iacenti ut pote domino adquiritur ex l. liber homo 13 § si servus hereditarius ff eodem tit., et huiusmodi regula non solum habet locum in servo prorsus hereditario, verum etiam in servo legato, qui iacente hereditate fuit occisus ut docet iuris Cons. in l. huic scripturae 15 ff ad leg. Aquil., caeterum si post hereditatem agnitam servus ~~hereditarius~~ legatus occidatur actio legis Aquil. non quaeritur heredi sed legatario ex d. l. liber homo 13 § fin. § fin. ff eodem, et adeo verum est legatario talem actionem competere si servus hereditarius post hereditatis aditionem occidatur quod non solum adversus extraneum sed adversus heredem ipsum legatario actio conceditur ex l. sed si ipse 14 ff eodem tit., rationem autem disparitatis si cognoscere velis ex nullo alio pp. potest proficisci

UVA.BHSC

nisi ex eo quod supra observavimus, nempe quod licet rerum le
gatarum dominium apud hereditatem iacentem extiterit ad
quendo legis Aquiliae actio quaesita sit, hereditatem post
hereditatem additam adquiri non potest si legatarius lega
tum agnoscat quoniam rei legatae dominium heres non adquirit
ex d. l. legatum 80 ff. de lega. 2, et ob eam rem actio legis Aqu
iliae adquirere non potest quoniam soli domino potest compe
tere ex d. l. item mela 11 § legis autem ff. ad legem Aquil.

27 Et in confir
mationem huius observationis hereditatem scilicet legatarum rerum
dominum constituit, sed adita postea hereditate ipsarum rerum domi
nium recta via in legatatarium transfundi et nunquam heredem
domini constitui si postea legatarius legatum agnoscat expen
di potest elegans Juliani locus in l. si tibi homo 86 § cum ser
vus ff. de lega. 1 ubi quaestionem proposuit circa dominium
servi legati et omnium quae personam ipsius servi attingere
possunt et resolvit in pendenti quidem eorum constitui
ex die aditae hereditatis et tandem distinctione pro
posita suam sententiam exprimit et asseverat legata
rio legatum agnoscente ex ipso instanti quo heredi
tas adita fuit dominium adquisitum fuisse et ea omnia
sui legatario quaeri quae servum legatum secuntur et eo tantum
modo casu servi legati dominium ad heredem expectare
posse quo legatarius legatum a se repulerit dominium enim
legatario quaeritur ex morte testatoris d. l. legatum 80 ff. de le
ga. 2, l. si a titio 61 de furtis, l. nihil interest 12, l. si his qui
3 § diversum ff. de inofficio testo, l. servum filii 44 § si quis
rem 1. l. cum servus 108 § si id, quod ff. de lega. 1 et quoniam agnatione

f. 86. § 2. de legat. 1.

f. 80. de legat. 2. l. 62. de furtis.

UVA.BHSC

16

interveniente dominium rei legatae ad legatarium transfunditur, simul etiam et fructus consequitur eosque heres legatario praestare cogitur ex l. si quis 27, l. cum servus 29 § 1, l. quaesitum 91 § cum homo ff. de lega. 1, l. Herennius 42 ff. de usuris, l. nihil proponi 1020 § fructus ff. de lega. 1, l. quaesitum 40 vers. quia et si fundum ff. de adquid. re. dom. l. 1 et 2 C. de usuris et fructibus legatorum, l. equis 18 l. respondit 14 l. equis 39 ff. de usuris, l. si quis bonorum 33 de lega. 1, l. si quis 44 de lega. 2, l. si qui 23 ff. de lega. 3, ex quibus omnibus illud elicies ex morte testatoris saltem ex tempore aditae hereditatis fructus rei legatae ad legatarium pertinere ex tempore morae iuxta naturam legatorum, quorum differentiam cognoscere ad nostrum institutum non expectat, nunquam autem ad heredem expectare nisi legatarius legata repudiet, quae ex causa dominii proficiscitur, quoniam ut satis manifeste probavimus rei legatae dominium cuiuscunque qualitatis sit hereditati iacenti simul cum ceteris hereditariis rebus adquiratur, hereditatem non adquiritur, sed si vindicationis sit, recta via ad legatarium transfunditur, ita docent et plura circa rei legatae fructus observant Anto. Faber in rali et l. elegantur 7 § item si servus ff. de dolo et in rali in l. his cuius 11 § heres 1 et in l. si parte 19 § si per fundum ff. quemadmodum servit. amit. et in l. si dominus 17 § fin. et in l. ticio 34 cum duabus sequent. ff. ad legem Aquil. et lib. 7 Coniec. cap. 3 et 4 et lib. 8 cap. 19 et lib. 14 cap. 1, et lib. 20 cap. 2 et in iurisp. tit. 2 pp. 7 i Mac. 1 et 2a et de erroribus parc. de cade 44 errore 1 ex n. 3 cum sequent. Don. lib. 8 coment. cap. 18 et ibidem Osbal. qui plures refert. Litt. A. et B. ex regnicolis.

UVA.BHSC

etiam scriptoribus hanc partem n. solum quatenus expectat ad dominium translationem in legatarium sed etiam ex quo tempore fructus rei legatae adquirat, eleganter tractant, discerunt et resoluunt Greg. Lopez in l. 37 glosa Los frutos tit. 5 part. 6 Anto. Gomez varia resolu. tomo 1 cap. 5 n. 15 et cap. 12 n. 5 Tello Fernandez in l. 3 tauri 3 parte n. 12 in fine, et in l. 20 tauri circa finem, Cobarrubias lib. 1 varia cap. 9 n. 5 Burgos de Paz in d. l. 3 tauri n. 943 cum pluribus sequent. Acevedus in l. 1 titulo 4 lib. 5 recopilationis ex n. 122, Matienzo qui plures refert in d. l. 1 glosa 14 ex n. 17 et praecipue ex n. 22 cum pluribus sequent.

28 Rursus animaduertendum est quod licet ex mortis instanti rerum hereditariarum dominium, et universum ius, quod defunctus habuit necessitate iuris cogente in hereditatem illico transfundatur ne alias sequeretur absurdum ut aliquo tempore bona vacancia, atque in nullius dominio considerari possent ut iam animaduertimus supra et praecipue n. 10 et licet postea in heredem adeuntem ex mortis et iam instanti successio continuetur, nihilominus tamen n. semper et necessario introduditur heredis successio in universum quod testator habuerat, quoniam multocies contingit quod licet heredis institutio, vel legatum alicui relictum subsistat, et appa. subsistat ex eo quod institutus heres vel legatarius ciuis Romanus est et capax testi factionis ex l. tamen aliqua potest, vel in totum vel pro parte ab hereditate, successione, vel a legato remoueri et tunc vel nihil vel pars ad heredem expectare, altera vero pars ad eos qui lege vocantur pertinere, quod in casibus certissimum

UVA.BHSC

est hereditati iacenti totum ius adquiri ad heredem autem certum
similiter est, non totum ius, sed vel nihil vel partem tantummo
do expectare ut probat tex. elegans et difficilis in s.
si ticius §§§ ibi si eo herede instituto qui vel ni
hil vel non totum capere potest servo heredi
tario legatum fuerit, et inferius ibi sine ullo impedi
mento adquiri legatum hereditati atque ibid. id
omnimodo ad eum pertineat quicunque postea heres
extiterit secundum quod accipere potest reliqua autem pars
ad eos qui iure vocantur venit ff de lega 2 ex qui
bus verbis manifeste depromitur instituto eo qui
vel nihil vel non totum ex testamento capere potest
si servo hereditario aliquid relictum est legatum
quidem valere atque illico dominium rerum heredi
tariarum et adquisitiones quae per servos here
ditarios fiunt hereditati absque ullo impedi
mento quaeri ad heredem autem postea adeuntem non to
tum sed pro illa tantum parte quam capere po
test adquisitionem expectare, igitur dubita
actus 2° ff quod cum eo atque ideo sententiam fabri repellit.
et conuincit Ansual. d. lib. 7 coment. Donelli cap.
22. litt. A.

13 Ex predictis igitur vlpiani et Pauli
responsis illud depromitur pp. nempe filium a pa
tre in cuius potestate erat heredem institutum et res
tituere rogatum necessario hereditati se miscere
deuere ut deinde hereditatem fideicomissario resti
tuat, et ad illum actiones hereditarias transfundere

UVA.BHSC

possit ex quo pp.° facile sequens et dificile ab-
truitur argumentum in mixtio necessario desideratur in fi-
lio ut actiones hereditarias in fideicomissarium ~~pos~~
~~sit~~ transferre igitur ex ea ratione quoniam filius
etiam in potestate constitutus ex potentia sanitatis
rerum paternarum dominium non consequitur ut sine
mixtione in fideicomissarium transfundere queat
et consequenter iuris Pretorii beneficium legis 12
tabularum dispositione et effectum radicitus tollit
adversus sententiam tex. in d. l. necessariis § 7 cum simili-
bus ff. de adquid. hered. quoniam ut considerat An-
to. faber d. lib. 7 coniec. cap. 7 et agnoscit Gonzal.
d. lib. 7 coment. Doneli cap. 22 litt. A. Pretor nulla
tenus competeret filium ut inmisceret hereditati non
paternae nisi perinde circa mixtionem hereditas res-
tituet, et actionum translatio ~~circa~~ fideicomissarium
perfici posset nam quando Accurs. exis-
timat in d. tamen l. ita 27 § si partem 3. ff. ad S. Tre-
bel. inmixtionem ex eo potuisse necessarium esse nisi postea provetur
filium restitutionis tempore emancipatum fuisse tota res-
titutionis autoritas, et effectus vicietur ridiculum sane est,
et ineptum quandoquidem certum est ipso restitutionis tempore
et non postea quaerendum esse utrum emancipatus, quam in potes-
tate sit filius quidem restituenda hereditate rogatus in-
venitur, atque ob eam rationem eum refellunt, Anto. faber, et Gonzal.
supra citatis locis. Praeterea Accurs. sententia et ex ea ratione
improbabilis apparet quoniam consultus Ulp. in d. l. recu-
sare 6 § 2 supponit filium in potestate patris mortis tempore

UVA.BHSC

extitisse et simul resoluit compelendum esse ut se im-
misceat ut actiones ad fideicomissarium possit transfe-
rre in mixtionem nanque circa filium emancipatum non cadit
sed potius hereditatis aditio. igitur necessario de pro-
mitur mixtionem desiderari tempore quo restitutio
fit, et consequenter neque curare debuit praetor quid
ex post facto prouari posset sed illud tantummodo
quaeritur in veritate eo tempore, quo constituit et de-
creuit ut in mixtio fieret et consequenter negari non po-
test ex dispositione d. legis filium in potestate consti-
tutum deuere se miscere, ut hereditatem restituat, et ac-
tiones in fideicomissarium transfundere possit, atque ideo
dicendum videtur ex potentia suitatis paterna bona
in filium non transire et vacare medio illo tempore
quo consideratur a morte patris usque ad mixtio-
nem et consequenter inferri hereditatis introductionem
et fictionem esse necessariam ut actiones et iura substi-
neantur usque dum filius per mixtionem ipsorum domi-
nus constituatur sicut requiritur in caeteris extraneis
heredibus quasi verum esset omnia quae de potentia sui-
tatis supra n. 8 et 10 animaduertimus subterterentur.

14 Difi-
cultatem expendit Consual. d. lib. 7 coment. cap. 22 litt.
A. et aliorum sensibus relatis et reiectis existimauit
verum quidem esse in filio qui in patris potestate cons-
titutus erat licet suus heres existat necessario mix-
tionem desiderari ut actiones hereditarias in fideicomi-
sarium transfundere possit ex d. l. recusare 6. § 2.

UVA.BHSC

ff. ad 36 Trebellia, et ex d. l. si filius § sed et si coac-
tus 2° ff. quod eo = Et ut satisfaciat difficultati
quae proficiscitur ex d. l. ita tamen 27 § pater 3° ff. ad
Trebellia supponit inmixtionem dupliciter considerari
et intervenire posse aut cum effectu in bona patris
ingrediendo et ipsa actualiter occupando vel nuda
voluntatis declaratione et facto saltem ficto bona
ipsa quasi agnoscendo resolvit igitur mixtionem
si 2° modo consideretur omnimodo necessariam esse ut he-
reditatis restitutio perfici possit et fiat in fideicomi-
sarium actiones transfundi existimatque satis filium
paternae hereditati se miscere si fideicomisario res-
tituat, quoniam in ipsa restitutione, quae vere et rea-
liter fit vix esse potest ne filius hereditati paternae
saltem ficte se inmisceat cum heredis cum effectu sit
fideicomisa a se relicta praestare et sufficienter vi-
detur filius se heredem ostendere saltem nuda voluntate (
quod fieri posse docet Iust. in § fin. inst. de heredum qua-
lit. et differentia) sicut se heredem demonstrat qui cre-
ditoribus hereditariis debita solvit ut docet tex. in
l. 2 Cod. de iure deliberandi et iuxta hunc sensum in-
telligit textum in d. l. ita tamen 27 § pater 3° ut quate-
nus in illis verbis quare et si non se inmiscuerit et cet.
Iuris Cons. docet non esse necessariam inmixtionem ut actio-
nes in fideicomisarium suus heres transfundat
ipsius sententiam eam fuisse credamus, nempe non esse ne-
cessariam de facto, et actualem inmixtionem, sed sufficere
re virtualem eam scilicet, quae in ipsa restitutione interveni-

UVA.BHSC

re creditur. Consultor autem in d. l. recusare
6 q. 2 et in d. l. 1. filius 5 q. sed etsi coactus 2 q. cum eo qua
tenus docent mixtionem necessariam esse intelligi debere
n. de mixtione reali et actuali bonorum occupatione
sed de ea quae ex ipsa hereditatis restitutione elicitur
Ergo haec usualis expositio subtilis est et ar
[illegible] Accurs. in d. l. ita
[illegible] 27 [illegible] pater filius [illegible] Verbo res
titui vers. sed n. ne [illegible] d. lib. 7 coniec.
Cap. 7 et de erroribus prae. decade 31. errore 9 ex cani
morum rare quoniam quando filius suspectam iudi
cat parentis hereditatem ipsam quae recusat et ob eam cau
sam fideicomissario restituere compellitur n. potest in
teligi per restitutionem se miscere quoniam extranei
heredis pro herede gerentis et sui heredis se mis
centis optima comparatio est ut docet tex. in l. eum
bonis 87 ff. de adquid. hered. et qui se inmiscet si
cut ille, qui pro herede gerit animum hereditatis ad
quirendae habere intelligitur. Cum autem restitutio per
conclusionem sit n. potest intelligi animo hereditatem
adquirendi factam fuisse sed potius ut heres qui
hereditatem nolit in fideicomissarium possit transfun
dere. igitur necessario sequitur in ipsa restitutione in
mixtionem considerari n. posse sicut in extraneis
heredibus dicere solemus nolle eos heredes fieri
qui ad alias hereditatem transire voluerunt ex l. n.
ult. ult. 6 ff. de reg. iuris. Praeterea et illa ratio
Osualdi sententiam difficilem redit, quoniam cons. in d. l. recusare

UVA.BHSC

682, n. solum desiderat in filio actum restitutionis sed simul requirit actum immixtionis, et quod tanquam separatum et distinctum factum ipsam restitutionem praecedat ut constat ex illis verbis ut a praetore compellatur miscere se hereditati sic deinde restituere, igitur manifeste deprimitur n. sufficere mixtionem virtualem quae in ipsa restitutione praesumitur, sed desideratur mixtio de facto quae ab ipsa restitutione dissimilis sit atque ideo Dual. expositio admitenda n. est.

19 In tanta igitur difficultate provaviliorem et iuris regulis consentaneam existimo sententiam Antonii Fabri de erroribus prac. d. decade 31 errore 9, qui disparitatem constituit inter restitutionem hereditatis quae fit a filio familias suo herede voluntate spontanea et nulla praetoris iurisdictione aut compulsione intercedente, et inter restitutionem illam quae praetoria autoritate celebratur ex eo quod filius hereditatem suspectam dicit et patris voluntatem adimplere recusat ut 1° casu sufficiat sola suitatis existentia et legis 12 tabularum autoritas, ut filio re hereditatem restituente actiones in fideicomissarium transferantur, licet nulla interveniat immixtionis interpositio, et ita exponit Consultum Julianum in d. l. ita tamen 27 § si pater ff. ad Trebellia, 2° vero casu quando scilicet propter filii repugnantiam et abstensionem intervenientem ipsius spontanea voluntate restitutio n. peragitur et ideo necessaria est praetoriae iurisdictionis interpositio

UVA.BHSC

tunc etiam inmixtio necessario desideretur et iuxta hunc
sensum intelligit lex in d. l. recusare 6 § 2. ff. ad Trebe
lianum et lex in d. l. si filius § § sed etsi ff. quod cum eo =
Ut autem disparitatis ratio percipi possit nece
sarium est premonere ex potentia legis rerum heredi
tariarum dominium et actionum ius statim a morte
parentis in filium continuari ut tradidimus su
pra et probant lex in l. in suis 11 ff. de lib. et
post. et in l. 1. § si his quibus bona ff. de collatione bono
rum et in § sui inst. de heredum qualit. et dif. post
quam autem filius heres necessarius et actionum uni
versarum dominus efficitur ex potentia suitatis res
titutione facta licet nulla inmixtio precedat ac
tiones in heredem fideicomissarium transfundere potest
si sponte restitutionem faciat et non interveniat pre
toris coactio quoniam hoc casu si pretoris autoritas nece
saria non est volente filio hereditatem fideicomissario res
tituere etiam quam suspectam esse iudicavit et cui nunquam
se inmiscere voluit nec ominus transibunt actiones ex
SC Trebellia. iuxta sententiam lex in d. l. ita tamen 27 § si
pater ff. ad Trebellia. quoniam tunc actionum transla
tio iuris civilis autoritate fit et ex parte legis
Trebelliani scilicet senatus consulti proficiscitur
ut probant lex in l. 1 § cuius verba 2. ff. ad SC
Trebellia et in § et Neronis 4 cum duobus sequentibus inst.
de fideico. lib. heredit. actionum namque translatio quae
in fideicomissarium transferuntur potestate iuris civi
lis fit non pretorii cum fiat autoritate SC consulti quod legis

UVA.BHSC

vij obtinet atque iuris Ciuilis partem Constituit, § sena
tus Consultum § inst. de iure naturali gentium et Ciuili
iure autem ~~in~~ Ciuili inspecto verum est heredem Constitui
et permanere filium etiam si ab hereditate paterna
se abstineat vt tradidimus supra n. 10 — Ceterum
quando filius n. solum expresse se ab hereditate abs
tinuit sed simul recusauit hereditatem fideicomi
sario restituere diuersa penitus militat ratio
hunc siquidem per pretorem fideicomisarium iurisdictio
exercetur et cogitur filius vt restitutionem faciat, et
testatoris patrisque simul voluntatem adimpleat
et ex pretoriae iurisdictionis interuentu necesarium est
vt hereditati se misceat et post deinde restitutionem
faciat vt actiones in fideicomisarium possint trans
fundi ex d. l. si filius § § sed ~~et~~ si coactus ff. q. cum eo
et ex d. l. recusare 6 § 2 ff. ad SC. Trebellia. quoniam
actionum prestatio atque transfusio ex pretoria
iurisdictione penitus dependet ~~ho~~ cuius autoritate
et compulsione restitutio fit et q. iuris Cons. Vlp. in d.
l. recusare 6 § 2 de secundo casu loquatur quando
scilicet propter filij repugnantiam necesario desidera
ta fuit compulsio pretoriae iurisdictionis, manifes
te depromitur ex verbis illis vt a pretore compellatur
miscere se. Cum igitur restitutio fiat ex autoritate pre
toria nullatenus perfici potest absque inmixtio
ne reali quoniam cum pretor ipse abstensionis benefi
cium filio concesserit ex l. necesarijs § 7 cum alijs adue
tis supra n. 10 ff. de adquid. hered. si se abstineat

UVA.BHSC

nullo modo ipsum filium heredis loco habet aut
aliquatenus heredem iudicat ut manifeste pro
uant lex in l. si filius 12 vers. sin autem ff. de in
terrog. in iure faciendis cum ergo filium heredem prae
tor non agnoscat et huiusmodi qualitas necessario de
sideretur ut hereditatis restitutio fiat et actiones in
fideicomissarium possint transfundi merito filium
cogit ut prius hereditati paternae se immisceat quo
niam sui tatis potentia non sufficit ut actio quam fi
deicomissario concessurus est praetor aduersus filium
familias cum effectu concedatur quandoquidem du
bitari non potest talem actionem ex iurisdictione prae
toria pendere, l. 26 capta 32 vers. post deinde ff. de
origine iuris, l. si quis 17. ff. si quis omissa causa
testi, l. pecuniae 178 § actionis 2 ff. de verbo. sig. l. co
gi 2 ff. ad Trebellia. pp. inst. de fideico. hered. licet
enim filius ut suus heres ex l. ciuili obstrictus ma
neat adhuc post abstentionem ius tamen praetorium ex
ceptionis subsidio eum liberat d. l. necessarijs 57 ff.
de adquid. hered. in ciuili autem esset et a regalis
iuris alienum si praetor filium abstinentem ab actio
nibus liberaret et aduersus ipsum post abstentionem
efficacem actionem fideicomissario concederet, ut coactus
restitutionem efficeret quod inconueniens ut penitus
tolleretur, et filium praetor posset compellere nece
sario requisitum fuit ut prius eum constitueret in
eo statu quod praetorio iure inspecto heres existimari
posset, ideo que immixtionis necessitatem imposuit

UVA.BHSC

ut postea et hereditatem restituere, et actiones transfundere filium ut heredem cogere posset, et ita Iuris Cons. Iuliani, Pauli et Ulpiani responsa exponenda sunt ut exponit Anto. Faber qui plura in conformationem subtiliter observat d. decade 31 errore 9 //

Sed dubitavit aliquis, et non subtiliter, quod eo casu quo suus heres ab hereditate se abstinuit et sponte ipsam restituit, necessaria est praetoris iurisdictio sin ad restitutionem perficiendam quam filius sponte fecit, ad id saltem ut utiles actiones fideicomissario concedantur, et ad versus fideicomissarium praetor possit indulgere, itemque ad eum effectum ut filio exceptionem concedat si a creditoribus hereditariis conveniatur, l. necessariis 57 ff de adquid. hered. l. ita tamen 27 § qui ex Trebelliano 7 iuncta l. cum hereditas 29 ff ad Trebelia. § restituta 3 cum quatuor sequent. inst. de fideicom. hered. igitur distinctio superius tradita difficultatem non dissolvit quandoquidem et prior casu saltem ut actiones et exceptiones concedat praetor suam autoritatem interponit et consequenter fieri non potest citra contradictionis implicationem ut praetor. restitutionem habeat pro vene facta et legitime perfecta ab eo quem heredem non agnoscit ex d. l. si filius 12 vers. sin autem ff de interroga. — Ceterum huic considerationi respondendum est multum referre utrum praetor suam iurisdictionem interponat post restitutionem a filio sponte factam, an vero antequam restitutio fiat quoniam quia stante restitutionem necessaria sit praetoris coactio necessario etiam desideratur in mixtio quoniam sine ea filium abstinentem pro herede non habet et ex consequenti non potest tan

UVA.BHSC

quam heredem compellere ut restitutionem hereditatis
faciat — Ceterum post restitutionem factam si Praetor
suam auctoritatem interponat nihil alienum facit ab edic
to suo aut contrarium abstensionis beneficio quae resti
tutione sponte facta actiones ex Trebeliano § C in fi
deicomissarium transferunt quo casu praetorium ius se
natus consulti potestatem amplectens illud solummodo
operatur ut praetor restitutionem et actionum translatio
nem habeat tanquam legitime perfectam quandoqui
dem et ita consequitur ut tanto minus habere debeat
filium loco heredis qui non modo se abstinuit sed etiam
hereditatem alteri sponte restituit nec sane posset
habere praetor fideicomissarium pro non fideicomissa
rio postquam ex Trebeliano actiones eam ipsum fuerunt
transfusae quoniam § consulti iuris quae civilis totam
ranem praetor convelleret quod facere non posse certum est
et ideo praetor licet post restitutionem sponte factam uti
les actiones fideicomissario praestet non tamen eas con
cedit adversus filium qui postquam voluntatem pa
tris adimplevit et hereditatem restituit nihil am
plius facere cogitur quin pocius exceptionibus sube
nitur ne post abstensionem a creditoribus vel legata
riis possit conveniri cum effectu l. necessariis § 7 ff de
adquid. hered. l. 1 § fin. ff ut in possessionem legatorum
l. et si 6 § si filius ff de bonis libert. quoniam licet
coactus se immiscuisset si postea restitutionem faceret
etiam praetor exceptionem indulgeret ne cum effectu conve
niri posset d l. ita tamen 27 § qui ex Trebeliano 7 iuncta

UVA.BHSC

l. cum hereditas 29 ff. ad Trebellia. quae restituta 3 cum sequent. inst. de fideicom. hered. ita subtiliter exponit Anto. Fauer de erroribus prac. d. decade 3 l. errore 9.

17 Cognoscimus iam in quo consistat hereditatis fictio et ipsius introducendae utilitas et necessitas, succedit igitur ut breuiter exponamus quam defuncti, quam vero heredis personam repraesentet et defuncti personam repraesentare indicant tex. in l. nominus 31 § 1, l. seruus hereditarius 62 ff. de hered. inst., l. hereditas 34, l. hereditas 61, l. in eo 33 ff. de adquid. rerum dominio, l. si his qui pro emptore 15 in fine pp., l. heres, et hereditas 22 de usucapio. l. legatum 116 § seruo hereditario ff. de lega. 1, l. si ficio 55 § 1 ff. de lega. 2. § seruus etiam inst. de hered. inst. pp. inst. de stipulatione seruo obseruant Otoma lib. 3 obserua. cap. 19, Cuia in recitatione solemni ad d. l. si ficio 55 § 1 ff. de lega. 2°. Anto. Fauer lib. 14 conic. cap. 20 et in iurisp. tit. 2 pp. 5 illac. 3 et alii quos congesit Osual lib. 6 comment. Doneli cap. 2 litt. f. — Caeterum obiter exponenda se oferunt verba Pauli Iurisconsulti in d. l. si his qui pro emptore 15 ibi, nam hereditatem in qq. personae vice fungi ex qq. a contrario sensu manifeste depromitur non in omnibus rebus defuncti personam ab hereditate repraesentari, sed parum ofendimur si animaduertamus hereditatem, quoniam ipsius fictio a iure ciuili fuit introducta adeo ut absque ullo corpore iuris intellectum habere videatur, l. hereditas 50

UVA.BHSC

ff de hered. petitione, l. cociens q. heredes ff
de hered. inst. l. hereditas 119 ff de verbo. sigatione
vira et autoritate sua tantummodo exercere po
sse, et defuncti fictam personam repraesentare in illis
rebus, quae in iure consistunt atque ideo difinitur
ut sit successio in universum ius, l. nihil est aliud
24 ff de verbo. sigatione, l. hereditas 63 ff de reg.
iuris, et consequenter in id omne, qui in iure consistit potest he
reditas per servos hereditarios succedere et caetera omnia
adquirere, sive stipulatione, sive legato sive alio eo
quocunque genere contractus eodem modo quo defunctus
poterat quando in rebus humanis existebat verum tamen
hereditatis fictio nullatenus extenditur ut possit capa
citatem fictae personae praestare ad adquirenda ea quae in
facto consistunt et ad eorum adquisitionem persona vera
et realiter existens desideratur ut contingit in usu fructu
possessione et reliquis huius speciei in quibus animus et cor
pus desideratur ut adquiri possint ut docent tex. in l. usus
fructus 26 l. si ex re 28 ff de stipulatione servo. l. he
reditas 61, l. in eo 33 in pp. et § fin. cum l. sequenti ff de ad
quid. rerum dominio, l. unica § dies 2 ff quando dies
usus fructus legati cedat, l. cum ita 16 § 1 et § fin ff qu
ando dies legati cedat d. l. si his qui pro emptore 15.
ff de usucapio. l. in bello 12 § facti ff de cap. et post. ex
reversis, l. 1 § scaevola ff si quis qui testo liberesse iussus
fuerit, disparitatis autem ratio eo profiscitur, quoniam
ea quae facti sunt fictione iuris suppleri non possunt d. l.
in bello 12 § facti ff de captivis, cum igitur hereditatis persona

UVA.BHSC

n realiter existat, sed tantummodo iuris fictione consi
deretur ea tantummodo quae in iure consistunt adquiri
rere potest et consequenter nihil mirum videri potest
quod iurisconsultus Paulus in d. l. si his qui pro emptore 15 pro
fiteatur hereditatem in quibusdam personam defuncti repre
sentare quam non in omnibus personae vice fungi certum est
quam rem quoniam acuratissime dixerit et exponit et plu
ra exempla in confirmationem colegit doctissimus Bal.
lib. 3 illust. trac. 1 cap. 2 per totum ne ab aliis scripta trans
cribere videamur libenter praetermitto.

18 Difficilior sane scru
pulus proficiscitur ex d. l. si his qui pro emptore 15 in
illis verbis receptum est quod ostendere videtur iurisconsultus Paulus
non satis certum fuisse inter cons. utrum ficta hereditatis per
sona defunctum repraesentet et consequenter conclusio su
pra tradita difficultatem patitur, caeterum facile scrupu
lus dissoluitur dicendo certum quidem esse quaestionem maxi
me vexatam et controversam fuisse apud cons. an defuncti
an heredis personam repraesentare et post multas varieta
tes obtinuisse ut defuncti personam necessario substinere
deueat quae resolutio praeter iurisconsultus Pauli verba superius
relata fulcitur manifeste ex l. hereditas 34 in illis verbis
hereditas enim non heredis sed defuncti personam substinet
ut multis argumentis iuris ciuilis comprouatum est ff. de
adquid. rerum dominio, conducit etiam tex. singularis in d. l.
si ticio 55 §1 ibi utrum heredis, an defuncti persona an neu
trius expectari deueat et post multas varietates obtinuit
ff. de lega. 2, eorum iurium authoritate motus franciscus Otoma

l. 34. de adq. her.

UVA.BHSC

Lib. 3 observa. Cap. 19 existimavit n fuisse iuris Consti
tuti sed recepti hereditatem iacentem personam defuncti
et n heredis personam representare et huc respexisse
videri Cons. in l. heres et hereditas 22 ff de usucapio
quatenus docet hereditatem et heredem unius personae
vice fungi neque adicit aut exprimit a defuncti
persona substineant quidquid tamen apud consultos
vel scriptum vel admissum iure observatum fuisse illud ta
men pp.m nobis certum futurum est hereditatem n heredis
personam sed defuncti personam repraesentare ita docent
Anto. Faber Lib. 24 coniec. Cap. 20 et in iurisp. tit. 2 pp.
§ illac. 3 et in rali ad l. si unus 27 § fin. ff de pactis
Rebardus de autoritate prudentum Cap. 16 o sual. Lib. 6.
Coment. Cap. 2 Litt. f. Cuia in l. si titio 55 § 1 ff de lega.
2 et in l. eius servum 64 ff de hered. inst. et Lib. 10 quaest.
Papiniani in l. debitor 82 § servo ff de lega. 2 et Lib. 16.
quaest. eiusdem Papiniani in l. et si maxime § de servi
tute legata et Lib. 27 quaest. eiusdem Pap. in l. pater
14 § fin. ff de cast. pecul. et Lib. 3 Pauli ad edictum
in d. l. 27 § fin. ff de pactis et Lib. 16 observa. Cap. 18
Otoma. Lib. 3 observa. Cap. 19. Dua in recitatione addic
tum l. si titio 55 § 1 ff de lega. 2 Val. Lib. 3 illust. tract.
Cap. 1 n. 19 cum sequent.

19 Rationem autem si inquiras rupter
quam hereditas potius defuncti quam heredis futuri perso
nam representet ex eo profecto proficiscitur quoniam he
res, licet scriptus in testo reperiatur, et tempore quo he
reditas iacet ex scriptura testi apparere possit quae

UVA.BHSC

persona a testatore nominata sit ut in hereditatem succe
dat, incertum tamen est quam heres scriptus, et a testatore desig
natus cum effectu futurus sit, quoniam aut impotentia
aut incapacitate, aut voluntate potest hereditatem non con
sequi et precipue heredis futuri incertitudo procedere
potest ex eo quod sub conditione institutus sit, aut plures
ad hereditatem institutus aut substituti 1°, 2°, aut ulteriori
gradu vocati reperiantur = Defunctus autem licet iam in re
bus humanis non existat ut dominium habere ab habere inte
ligi possit ex d. l. si ego 9 § ri res ff de iure dotium l. eius qui
41 ff de reb. credit., l. 1 vers. quod autem ff de rerum divisione, certum
tamen est dominium ante mortem apud defunctum extitisse et
similiter certum est personam determinatam esse et certam quae in here
ditate repraesentari possit, et consequenter cum fictio introducta
sit ut dominium earum rerum quae defuncti fuerunt conservetur
heredi futuro merito sane et ex iuris necessitate hereditas
iacens defuncti personam substinet quoniam dominium in incerto
iuris regulis adversatur ex l. 2 ff de usucap., cui consonat pp. inst.
eodem, hanc ratione praeter antiquiores illustrant Anto. favor. d. lib. 14
coniec. cap. 20 et in iurisp. d. tit. 2 pp. 5 Mac. 3. Osual. lib. 6 coment.
Don. cap. 2 litt. f. Val. d. lib. 3 illust. trac. 1 cap. 1 n. 18.

20 Cui coniungenda est
altera nec in subtilior ratio, quam considerat praecitatus Val. et ex
eo procedit quoniam civilis iurisp. fictam hereditatis personam intro
duxit ut a defuncto dominium rerum heredita in heredem postea ade
untem ex mortis instanti continuari posset arguto legis heres quan
doque § 4 ff de adquid. hered. continuatio autem nullatenus posset admi
ti si hereditas heredis personam repraesentaret, hereditate namque iacente

UVA.BHSC

heres instituitur dominium apud se nunquam obtinere po
test et consequenter nullo pacto continuatio potest fin
gi si in hereditate heredis persona repraesentetur quoniam
illud continuatur, quod praecessit, illud autem incipit, quod alea
non fuit, deinde testantis persona licet nulla sit post mortem
veritate inspecta aliqua tamen fuit et certa et eius qua
litatis quae in hereditate repraesentari potest heredis au
tem persona ut supra dicebamus iacente hereditate in
certa quidem est licet certus homo scriptus a testato
re reperiatur aut a lege ab intestato persona certa ad
hereditatem vocetur quoniam non solum incertum est, quod ticius he
res institutus velut proximus a lege vocatus heredi
tatem sit adquisiturus, verum etiam incertum prorsus est, quod
aliquis defuncto heres existere possit arguto lex in
l. sticum aut Pamfilum 95 § 9 quod si ibi, quemadmodum tene
batur si debitor sine herede decessisset ff de solutio.
Cui consonat lex difficilis et singularis in l. habere
licere § 7 ff de evictio ubi Gaius iurisconsultus docet aliq
uando contingere posse quod nemo heres aut successor
existat testatori, neque ex testo neque ab intestato, et quod
ipsius bona neque ad fiscum possint pervenire et quoniam
gis est neque a creditoribus vendi ut constat ex illis
verbis sine successore decesserit ut neque ad fiscum bona per
venire possint neque privatim a creditoribus distra
hi, quis autem sit casus in quo civis Romanus sine
successore decedere potest et bona defuncti ad eum statum
perduci ut neque ad fiscum tanquam vacantia possint
pertinere, neque etiam possint a creditoribus distrahi non.

UVA.BHSC

facile apud scriptores reperies ultra omnes igitur, quos vi
derim existimo textum in d. l. habere licere 97 necessario
intelligendum esse iuxta constitutionem divi Marci quan
do scilicet defuncti bona libertatum conservandarum cau
sa vel hereditario servo, vel extraneo cuilibet addicun
tur, hoc namque casu necessario desideratur, ut addictio lo
cum habere possit, quia nullus successor existat, nulloque
existente successore etiam fiscus ad bona non admititur, quo
niam comodo pecuniario libertatum favor et causa pre
fertur et anteponitur, et creditores hereditarii non admi
tuntur ad bonorum distractionem neque ex hoc aliquod
damnum paciuntur, quoniam ut bona addicantur vel ser
vo in testo manumisso, vel alteri cuilibet antecedenter
idonee creditoribus cavere debet de solido, quod cuique
debetur exsolvendo nisi creditores cum eo, cui bona addi
cuntur conveniant, ut ex parte tantummodo debita sol
vantur, quae omnia in predicto casu concurrere docent
Iust. in l. fin. Cod. de testamentaria manumissione et to
to titulo inst. de eo cui libertatis causa bona addicuntur
et consulti in l. si quis intestatus 2 duabus sequent.
ff. de fideic. libert. igitur contingere potest, ut aliquis
sine herede decedat, et obeam rationem hereditas nullomodo
potest heredis personam repraesentare sed defuncti hi
quidem certa persona est licet a rebus humanis ex
empta, ita observant Anto. Faver. et Bal. locis ubi
supra.

21 Caeterum adversatur licet vulgaris difficilis tamen
t. 24. de Novationibus tex. in l. novatio 24 in fine ff. de novatio, ubi postquam

UVA.BHSC

supponit Cons. stipulationem cuius conditio extitit post mortem testatoris, et ante aditam hereditatem non extingi, quin potius efficacem esse ut ex ea novatio proficiscatur et omnimodo ad promissoris heredem transire illa abicit verba, hic enim morte promissoris non extingitur stipulatio sed transit ad heredem cuius personam interim hereditas substinet, ex eorum serie si corticem inspiciamus manifeste de promittitur hereditatis personam fictam non defunctum sed heredem repraesentare et ipsius personam dum iacens est substinere = quae consideratio adeo praesit mentem cuiusdam antecessoris nostri, qui existimaverit nullum adequatum sensum elici posse ex praedictis iuris consulti verbis neque posse principio supra tradito ipsorum sentiam convenire et tandem existimat iuris Cons. Pomponium in d. l. novatio 24 eam sentiam adversus alios consultos amplexum fuisse hereditatem nempe non defuncti, sed heredis personam repraesentare.

22 Repulsa igitur hac sentia et alia quam subtilem existimavit Bal. lib. 3 illust. trac. 1 cap. 1 n. 20 ut veriorem amplector sentiam quam secuti sunt Accurs. in d. l. novatio 24 in fine ff de novatio, Gifanius in l. hereditas 62 ff de adquid. rerum dominio, Osual. lib. 6 coment. cap. 2 litt. f, Anto. Faber in iurisp. tit. 2 pp. 5 illa 3, Cuia. lib. 9 quaest. Pap. in l. si debitori 47 ff de fideiuss. quam etiam amplectitur Val. lib. 1 illust. trac. 4 cap. 9 n. 7, qui omnes existimant verba illa Pomponi iuris consulti, cuius personam interim hereditas

UVA.BHSC

substinet. taliter intelligenda esse vt relatiuum illud verbum cuius n ad verbum illud heredem proxime precedens referatur sed ad verbum promissoris, q anteceserat faciat relationem ita vt sensus sit promissoris morte stipulationem n dissolui, sed ad heredem transire, cuius personam (promissoris vi delicet) hereditas iacens interim repraesentat = Neque nobis est in iure vt relatiua verba n ad proxime antecedentia sed ad alia quae prius anteceserunt referantur, hic namque loquendi modus extat apud eundem Pomponium in l. cum duo 19 ff de duobus reis vbi verba illa fideiussor postea abeo datus n ad illa verba fide anteriora et proxime praecedentia et ideo si aqua et igni interdictum sit alicui referenda sunt sed ad verba illa quae anteceserunt alterduret obligatus referri necesario deuent alias siquidem adequatum intellectum et iuris regulis consentaneum continere n possent vt obseruant Accurs. et Cuia. d lib. 9 quaest. Papiniani in d l. si debitori 47 ff de fideiuso. et antecessor noster Bal. d lib. 1 trac. 4. Cap. 9 n 7.

23 Ex supra tradita resolutione hereditatem scilicet n heredis sed defuncti personam repraesentare infertur necesario q quatenus ad adquisitiones quae hereditati possunt obenire n heredis sed defuncti capacitas inspicienda est. si igitur hereditarii serui vel heredes instituantur vel legatum aut fideicomissum seruis relinquatur vt institutio valeat, vel legatum subsistat ex persona testantis capacitas inspici debet, vt probant tex. in l.

UVA.BHSC

nominus 81 §1, l. servus hereditarius 52 l. eius servus 64
ff. de hered. inst. l. si titio 55 §1 ff. de leg. 2, elegans et dif-
ficilis ... l. de hereditate 19 § quid autem § iuncta l. si
vis famil. 14 § legatum ff. de castrensi peculio l.
in eo 33 ff. de adquid. rerum dominio, at
que ideo si servus hereditarius
heres institutus sit institutio subsistit
si defunctus testamenti factionem habuerat mortis tempore
licet heres institutus testi factionem n habeat ut expre-
se docet Paulus in d. l. servus hereditarius 52 ff. de
hered. inst. et consequenter si legatum hereditario ser-
vo relinquatur statim hereditati queritur nisi eius na-
turae sit legatum quod ad ipsius adquisitionem persona
vera et realiter existens desideretur, quod adeo adeo verum
est quod licet heres scriptus ipsum legatum vel totum
vel partem capere n possit, quoniam ex alieno testo ni-
hil, aut partem tantum percipere possit, nihilominus
tamen legatum illico et absque ullo impedimento here-
ditati queritur et quod heredi scripto post aditionem po-
test queri adquiret reliqua autem pars ad eos qui
iure vocantur pertinebit, l. si titio 55 §1 in finalibus
verbis ff. de leg. 2 ut igitur legatum subsistat, et he-
reditati queratur necesario requiritur defuncti perso-
na civilis in hereditate representata et testati factio
in ipso defuncto considerari debet et simul desideratur
servi hereditarii corpus et naturalis persona quae
realiter existit sine qua adquisitio perfici non potest
ut docet Cons. in l. debitor 82 § servo ibi, ex illo igitur

UVA.BHSC

q. dicimus servi inspici personam in testis dictum est servo hereditario legari posse ff de lega. 2 ex qq. verbis illud ppm. generale depromitur in testamentarijs adquisitionem solum domini personam et capacitatem civilem inspici debere, sed etiam naturalem servi personam desiderari ita observant Anto. Faber lib. 14 Coniec. Cap. 20 et in rali ad legem si unus 27 § fin. ff de pactis Cuia. in recitatione ad d. legem eius servum 64 ff de hered. inst. et in recitatione ad legem si titio 55 § 1 ff de lega. 2 et lib. 10 quest. Pap. in d. l. debitor 82 § servus ff eodem et lib. 27 quest. eiusdem Pap. in l. pater 14 § fin. ff de cast. peculio et lib. 16 observa. Cap. 18 Franciscus Dua. in recitatio ad tit. ff de hered. inst. Cap. 2 Osual. lib. 6 Coment. Donelli Cap. 2 litt. f. Otoma. lib. 3 observa. Cap. 19 Val. lib. 3 trac. 1 Cap. 1 n. 19.

24 Ceterum licet certissimum sit hereditarium servum capacitatem a defuncto et non ab heredem suscipere difficilis tamen reditur haec propositio ex sequenti consideratione quoniam ut heredis institutio vel legatum in persona servi consistere possit necesario requiritur domini capacitas et quod dominus habeat testi factionem saltem passivam, l. non minus 31 in pp. ff de hered. inst. l. debitor 82 § servus ff de lega. 2 l. si mihi 12 § regula ff de lega. 1 l. neque 10 Cod. de hered. inst. § servus autem plurium inst. de hered. inst. sed iacente hereditate nullus servi hereditarij dominus reperitur ut ab ipso possit capacitatem obtinere ergo legatum aut heredis institutio in persona servi consistere non potest minor ex eo provatur quo

UVA.BHSC

nia defunctum dominum iam non esse ex eo notum fit quod
ex mortis instanti a rebus humanis exemptus non
potest ulterius suarum rerum dominium retinere
quin potius quasi vacantia et in nullius bonis
relinquuntur, l. 2 vers. quod autem ff. de rerum divisio
ne, l. eius servum 64 ff. de hered. inst. l. si titio 55
§ 1 ff. de legat. 2 et consonant tex. in l. denique 13
§ quaesitum ff. quod vi aut clam, l. si ego 9 § si res ff. de
iure dotium, l. liber homo 13 § si servus hereditarius
ff. ad legem Aquil. l. eius qui 41 in fine pp. ff. de
rebus credit. l. si his qui pro emptore 15 ff. de usu
capio, l. si servus 18 § servus capto ff. de stipulatione
servorum ——— Praeterea neque in dominio heredis
servus hereditarius et dum hereditas iacens existit
considerari potest ut ab ipso possint capacitatem
obtinere ut docet tex. sic necessario intelligendus
in l. si servus 16 ff. de stipul. servo, et conducit tex.
in l. servus hereditarius 52 ff. de hered. inst. ubi
absolute docemur capacitatem aut incapacitatem he
redis instituti nullatenus inspici ut heredis ins
titutio in servo hereditario subsistat ——— Rur
sus neque ab hereditate ipsa potest hereditarius
servus capacitatem obtinere testi factionis quo
niam licet ex iuris fictione pro domina habeatur
ex l. hereditas 61 ff. de adquid. rerum dominio l.
non minus 31 § 1 ff. de hered. inst. d. l. liber homo
13 § servus hereditarius ff. ad legem Aquil. d. l. si
his qui pro emptore 15 in fine pp. ff. de usucapionibus

UVA.BHSC

Vere tamen domina nest et preterea incerta persona
iudicatur taliter ut institutio in ipsa hereditate subs
istere non possit ut observat Cuia. in recitatione solem
nia ad d. lege si fiscio §§ 1 ff de lega. 2, et eo non rela
to noster Val. lib. 3 trac. 1 cap. 1 n. 19, quidem contin
git in postumo, cui neque hereditas neque legatum
relinqui potest ex l. Galus 29 in pp. ff de lib. et
post. § postumo inst. de lega. pp. inst. de bonorum posse
sio et ratio ex eo proficiscitur quoniam postumus
incerta persona est ut preter alios erudite observat
Cuia. in l. eius servum 64 ff de hered. inst. igitur
cum hereditas iacens incerta persona sit et ob eam
rationem heres institui non possit necessarie inferri vi
detur non posse capacitatem servo hereditario pres
tare ut vel heres institui possit vel legatum ipsi
relictum possit substineri — Rursus neque
servus a se ipso potest capacitatem suscipere quo
niam quoad ius civile atinet pro nullo iudicatur
ut ex testo aliquid percipere possit nisi simul
domini capacitas concurrat l. quod atinet ff de reg.
iuris l. non minus 31 in pp. ff de hered. inst. l. de
uitor 82 § servo ff de lega. 2 et consequenter videtur
fatendum hereditarium servum neque a defuncto neque
ab herede futuro neque ab hereditate neque a se
ipso posse capacitatem suscipere ut institutio, vel lega
tum in persona ipsius subsistat. —

25 Quae quidem argumenta
et rationes tantam difficultatem continent ut iuris

UVA.BHSC

Consultorum scolas in varias, contrarias que diuiserint
sentias ut manifeste conspicerent licet apud Consultum
in l. si ex re 28 § fin. ff de stipulatione seruorum vbi dubi
tationem proponit a hereditarius seruus heredi futuro
stipulari possit et ab ipso herede capacitatem recipere
et ante quam dubitationem dissoluat refert proculum
negasse ex ea nimirum ratione quoniam concepte stipula
tionis tempore futurus heres persona extranea est qui
pedum pendet hereditatis aditio extraneus est he
res futurus, l. seruus hereditarius 16 ff de stip. ser
uo. extraneae autem personae nihil potest seruus ex
stipulatione adquirere, § ex his inst. per quas per
sonas nobis adquiritur § alteri inst. de inutilibus
stipulatio. l. stipulatio ista 38 § alteri ff de verbo.
obliga. et licet postea aditione interueniente
hereditarii serui dominus efficiatur heres, nihilomi
nus tamen stipulatio antea concepta nullo mo
do conualescere posse videtur cum a pp. et ab instan
ti, quo concipitur validitatem aut nullitatem acci
pere certum sit ex l. usus fructus 26 ff de stipulatione
seruorum — Et licet Proculi sentia predictis ni
tatur rationibus, nihilominus tamen Gaius ex Cassii iuris
consulti sentia resoluit stipulationem a seruo here
ditario futuro heredi conceptam valere et adquisitio
nem effectum sortiri ex ea ratione quia herede postea adeun
te ex mortis instanti videtur defuncto successisse ex l.
heres quandoque § 4 ff de adquid. hered. l. omnis
138, l. omnia 193, cum l. sequenti ff de reg. iuris

UVA.BHSC

et plura in confirmationem expendit Otomanus d. Lib. 3 Observationum Cap. 19; ex quo satis aperte deduci tur inter iuris consultos ipsos non satis constitisse neque iuris fuisse constituti utrum heredis, an defuncti persona inspicienda sit ad servi capacitatem, et inter contrarias opiniones obtinuit et receptum est ut defuncti persona quatenus ad capacitatem inspici debeat, l. hereditas 34 ff. de adquid. rerum dominio. l. si his qui pro emptore 15 ff. de usucapio, l. si titio 55 §1 ff. de lega. 2, l. nominus 31 §1, l. servus hereditarius 52 ff. de hered. inst. observant Hotoma d. Lib. 3 Observa. Cap. 19, Anto. Faber d. Lib. 14 Conjec. Cap. 20 et alii plures, quos retulimus supra n. 18.

26 Qua observatione supposita non obstant rationes expensae supra n. 24, quoniam licet veritate inspecta defunctus dum hereditas iacet servus hereditarii dominus non sit d. l. eius servum 64 ff. de hered. inst. l. licet tamen 3 in pp. ff. de peculio, l. fin. ff. de crimine expilatae hereditatis cum aliis pluribus relatis d. n. 24 fictione tamen iuris admissa dominium quod defuncti fuit in hereditatem quae ipsius personam repraesentat ex mortis instanti transfusum fuisse intelligitur, et ex ea ratione quasi adhuc defunctus in rebus humanis permaneret iura omnia substinentur, ut adquisitiones quae in iure consistunt possint ex hereditatis persona ficta effectum sortiri concurrente ipsius servi hereditarii persona naturali, ut docent tex. in d. l. nominus 31 §1, l. ser

cius hereditarius 52, l. eius servus 64 ff. de hered. inst. d. l. g. si ticio 55 § 1, l. debitor 82 § servo ff. de lega. 2, l. legatus 116 § servo hereditario ff. de lega. 1, l. si pater 14 § fin., l. de hereditate 19 § fin. ff. de cast. peculio, l. liber homo 13 § servus hereditarius ff. ad legem Aquil. l. si ante aditam 15 ff. de interroga. in iure faciendis l. mortuo 22 ff. de fideiuss. l. hereditas 34, l. hereditas 61 iuncta l. in eo 33 ff. de adquid. rerum dominio l. si servus 18 § servus capto ff. de stipul. servorum, observant cuia in relectionibus ad tex. in l. si ticio 55 § 1 ff. de lega. 2, Anto. Faver in iurisp. tit. 9 p. 1 § illa 3, Pich. ad tit. de adquid. hered. cap. 2 n. 18, Bal. lib. 3 trac. 2 cap. 1 n. 7 = Atque ideo praedicta iuris fictio sufficit ut defuncti persona quae nulla quidem est veritate inspecta quatenus quoad iuris effectus adhuc existere existimatur ut pote in hereditate repraesentata sufficiat ut servus hereditarius possit a defuncto capacitatem accipere et hereditati ea quae in iure consistunt adquirere vel stipulatione vel alio quolibet contractus genere et similiter sufficit defuncti capacitas ut legatum hereditario servo relictum vel heredis institutio possit effectum sortiri ut probant cons. et notant scriptores laudati supra n. 23.

27 Ex qua observatione exponendus est Paulus iuris cons. in l. servus hereditarius 52 ff. de hered. inst. ubi proponit ticium qui testi factionem activam simul simul et passivam habebat testum confecisse et sem

prouēt heredē rcipere, et inter alia bona hereditaria Seruij reliquisse, et cū hereditas iacens esset here ditarij Seruij ab altero testatore heredē instituta fuisse, et in quistione proposita de bitat vtrū institutō impediri possit ex eo q̄ here institutus adquē Seruij hereditarios pertinere potest testi factionē n habeat q̄ vero heredi institutō subtilitat in persona seruoheredi tarij ex eo q̄ testator testi factionē habuerat et tan dē respondet institutionē optimo iure subtilitatem fideicō tus Capacitatē habeat Licet here institutus testi fac tionē n habeat et ratio decisionis ex doctrina supra tradita possit cōtingere q̄ cū capacitatem n a persona here dis sed defuncti necessario desumenda sit Licet here institutus testi factionē n habeat subsit, q̄ habuerit testator. Cuius persona in hereditate iacente repraesentatur hereditate heredi institutō radicitus tra Secerunt Iacobus Cuia in recitatione ad leges ff. tit. ff. ff. ff

et Sempronius heredem scripsisse atque ita supo
nere videtur Sempronius heredem institutum circa pri
us testum testamenti factionem habuisse quod ex eo proua
tur, quoniam de capacitate heredis instituti non dubi
tat ut hereditatem ex 1. testo. consequi possit, Prete
rea et ex alio pp.o capacitas prouatur, quoniam consul
tus dubitationem proponit circa capacitatem heredis
instituti ut ex 2.o testo. in quo seruus hereditarius
heres scriptus fuerat hereditatem possit percipere
quod non dubitaret si institutio in primo testo. propter
incapacitatem inutilis fuisset ex regula textus in l.
non oportet 52 ff de lega. 2 ubi docemur non oportere prius
de conditione aut capacitate quae quiuspiam quam he
reditas aut legatum ad ipsum pertineat cum igitur Cons. Pau
lus in d. l. seruus hereditarius 52 ff de hered. inst. du
uitet de conditione heredis instituti et de ipsius capa
citate ut per seruum hereditarium possit ex 2 testo tes
ti factionem habere supponere videtur priorem insti
tutionem ex tertio testo valuisse et heredem institutum cir
ca tale testum prius testi factionem obtinuisse quod si verum
est (ut verum existimo) manifeste sequitur eundem Sem
pronium testi factionem habere posse ut ex priori testo
hereditatem consequatur et testi factionem non habere
ut mediante serui hereditarii persona ex 2 testo he
reditatem consequi possit.

29 Verum enim vero licet superior con
sideratio iuris Cons. Paulum difficilem redat, duplici tamen

UVA.BHSC

modo lex littera exponi et intelligi potest. = Pri-
ma expositio facilimo negocio apparebit si dica-
mus sempronium heredem institutum in primo testo capaci-
tatem non habuisse tam quatenus ad primam institutionem
quam quatenus ad secundam in qua servus hereditarius
institutus fuisse proponitur quae expositio facile sua-
detur ex verbis finalibus d. legis servus hereditarius
§ 2 ff de hered. inst. ubi absolute docemur heredem in-
stitutum capacitatem non habuisse neque aliquid referre
videtur quod consultus Paulus ipsum heredem appellet
et de capacitate eius inquirat quoniam frequens est in
iure ut heres vel legatarius appelletur ille qui ex testo
percipere non potest et cuius respectu legatum non potest
subsistere ut probat tex. in § sed si res legatarii inst. de
legatis ubi ab imperatore appellatur legatatarius
ille cui res propria legata est, cum tamen certum sit le-
gatum non valere et legatatarium vere non existere sed ex
eo ita appellatur quia legatum de facto ipsi relictum fuit
praeterea et ex eo fulcitur haec expositio nam cons. non appe-
lat sempronium heredem absolute sed heredem institutum
ut constat ex illis verbis licet cum herede instituto non
sit, et consequenter demonstrare videtur non vere heredem
fuisse aut existere potuisse ex testo priori sed insti-
tutum fuisse de facto licet testi factionem non haberet.

30 Et si for-
te haec expositio non placuerit (quae neque mihi
placet) et fateri velimus sempronium in 2 testo

UVA.BHSC

legitime heredem institutum fuisse, et circa primum tes-
tatorem habuisse testi factionem, non tamen habuisse res-
pectu testi. Secundo in quo servus hereditarius he-
res institutus fuisse proponitur nullam tamen repugnan-
tiam iuris cons. Paulo decisio continebit quoniam iu-
ris strictioribus regulis animadversis recte contin-
gere potest ut una eademque persona testi factionem
habeat ut ex primo testo. Heres legitime instituatur
et ipsam testi factionem non habeat ut in altero testo
heres institui possit, quod ut manifestum fiat animad-
vertendum est et repetendum notorium iuris ppm. quo
docemur tribus temporibus heredis instituti ca-
pacitatem inspici ut institutio subsistat, et heredi-
tatem percipere possit, attenditur namque capacitas
tempore testi conficiendi, et tempore mortis tes-
tatoris et tempore aditionis hereditatis, l. si alie-
num 49 § 1 ff de hered. inst., l. neque 10 Cod. eodem
tit. § in extraneis inst. de heredum qualitate et diffe-
rentia notant Don. lib. 6 coment. cap. 17 et ibi
de osual. duplicata litt. B. B. et Anto. Faver
lib. 10 coniec. cap. 18 ubi ranes adducunt et Previ-
tatis causa pretermitto. Verum si tribus temporibus
testi factionem habeat heres institutus incapacitas
medijs temporibus superveniens institutionem vi-
ciare non potest ex alio pp. satis manifesto quo do-
cemur media tempora neque nocere neque ex-
pectanda esse l. sed si conditioni 6 § solemus 2°
ibi ut puta si civis Romanus heres scriptus vivo

UVA.BHSC

testatore factus peregrinus mox ad Civitatem Romanam pervenerit ff de hered. inst. Com probant lex in d. l. si alienum 49 § 1 ff eodem et in d. § in extraneis inst. de heredum qualit. et differentia et observant Don. Osvall. et Anto. facer. locis ubi supra et Franciscus Qua. lib. 2 disputationum cap. 56 = Ergo infertur recte contingere potuisse in specie d. l. servus hereditarius 52 ff de hered. inst. ut sempronius heres scriptus habuerit testi factionem circa primum testum si forte Civis Romanus extitit tempore quo fuit scriptum et tempore quo testator decessit et tempore quo hereditatem agnovit et simul contingere potuisse quod non haberet testi factionem circa secundum testum in quo servus hereditarius fuit heres institutus si forte medio tempore quo inter mortem primi testatoris et hereditatis aditionem intercessit fuit deportatus aut peregrinus effectus et illo tempore quo deportatus erat secundum testum confectum sit, vel secundus testator decedat, proposito namque casu circa secundum testum omnimodo incapax fuit heres in 1° testo legitime institutus quoniam deportatus proponitur aut tempore quo confectum est aut tempore quo secundus testator decessit et simul potest testi factionem habere circa prius testum si ad Civitatem revertatur quia peregrinus esse desivit sive quoniam a deportatione fuit restitutus quo casu ex 2° testo non habet testi factionem et consequenter licet servus hereditarius ad ipsum cum reliquis

UVA.BHSC

bonis hereditatis primi testatoris aditione in
terueniente pertinere possit et licet capacitatem
tali seruo n possit indulgere quoniam testi fac
tionem n habebat tempore quo secundum testum fuit
scriptum sufficit tamen capacitas defuncti vt insti
tutio subsistat, et ita exponendam esse existimo sen
tiam et mentem consulti in d. l. seruus hereditarius §2
de hered. inst.

31 Hereditarium seruum institui posse licet explicatur. t. ss. §. 1. ff. de legat. 2
heres institutus isti factionem n habeat dummodo testator
ipsam habuerit tradidimus numeris precedentibus, ceter
um hec doctrina valde difficilis redditur ex l. sitico
et mihi §§ 1 ff de legat. 2 in qua iuris cons. supponit
hereditario seruo legatum relictum a fuisse ab eo cuius
testo heres scriptus et ad hereditatem vocatus in qua
seruus hereditarius existebat vel in totum vel pro par
te rem legatam capere n valebat et dubitat vtrum lega
tum consistere possit in persona serui hereditarij et
cuius capacitas inspicienda sit, an heredis institu
ti, an testatoris predefuncti, an vero nullius vt constat
~~tat~~ ex illis verbis tractantibus nobis de capacitate
videndum est vtrum heredis an defuncti persona, an ne
utrius expectari deueat, et disertis verbis respon
det, neque testatoris, neque heredis capacitatem inspi
ciendam esse ex ea ratione quod nullus ipsorum serui here
ditarij dominus est, vt constat ex verbis inferiori
bus ibi placet vt quia nullus est dominus in cuius per
sona de capacitate queri possit, igitur cons. resolutio

UVA.BHSC

manifeste oppugnare videtur doctrinam supra traditam quatenus affirmavimus defuncti personam et eius capacitatem necessario desiderari et inspici debere, ut servus hereditarius possit heres institui aut legitime legatum ei relinqui ex l. legatum 116 § servo hereditario ff. de legat. 1 l. n. minus 31 § 1, l. servus hereditarius § 2 ff. de hered. inst.

32 Hanc difficultatem nullus ex antiquioribus expendit, quin pocius ex d. l. si ticio § 1 ff. de legat. 2 sententiam tex. n. percipientes illam conclusionem eliciunt hereditatem nempe defuncti personam repraesentare, quamquidem neque ex littera tex. depromitur, neque Iuris Cons. Gaius profitetur, ipsius namque indagatio eo tendit ut inquirat utrum servus hereditarius ex persona defuncti, an vero ex persona heredis instituti capacitatem accepturus sit, et cum statuat in nullius dominio esse in cuius persona de capacitate queri possit concludunt, et observant Paul. Castrensem et Gofredus innotis ad legem in casu ibidem proposito, neque defunctum, neque heredem capacitatem habuisse, ut legatum servo hereditario relictum percipere possent, et nihilominus fatentur legatum valere et hereditati statim per servum hereditarium adquiri, licet neque testator neque heres institutus legatum percipere possent, et consequenter affirmant specialem casum a iuris Cons. proponi in quo absque capacitate dominica legatum hereditario servo relictum potest vires obtinere = Quis autem sit casus huiusmodi n. inquirit Paulus Castren.

UVA.BHSC

Gofredus autem re diligentius animadversa, et con
siderans forte sententiam Consulti in d. l. legatum 116. § servo
hereditario ff. de lega. 1. et in l. nominus 32. § 1. et in
l. servus hereditarius § 2. ff. de hered. inst. qq. docem
ur omnimodo necessariam esse defuncti capacitatem
ut legatum servo hereditario relictum subsistere possit
existimat nullum casum considerari valere in quo iu
ris Cons. sententia locum possit obtinere = miror sane
viros alias doctissimos neque mentem Cons. percepi
sse neque litteralem adhuc sensum explicuisse qui penu
llum verbum extat in prædicta lege ex quo colligi possit
testatorem incapacem fuisse ut legatum per servum ~~heredi~~
~~tarium~~ si adhuc viveret percipere posset et tantum
modo supponit heredem institutum in ea conditione fui
sse ut vel totum vel partem legati capere non posset, re
felit igitur tex. littera Paulum, et Gofredum, quatenus
in ipsa supponitur nullum dominum extitisse heredita
te iacente in cuius persona de capacitate quæri possit
et ex ea suppositione et rane statim hereditati rem legatam
per servum hereditarium adquiri, et ex prædicta sententia
inferunt neque defunctum capacitatem obtinuisse, sed
quoniam nullum inveniunt casum in quo hereditati
absque defuncti capacitate legatum posset adqui
ri inepta est ~~eorum~~ ipsorum expositio atque ideo reiicienda est.

33 Ex recen
sioribus iuris interpretibus exposuerunt sententiam Cons.
Iaco. Cuiacius in recitatione solemni ad d. l. sitio § 1
ff. de lega. 2. et 5. qui sorde. ad Anto. fabrum lib. 2 trac. 16

UVA.BHSC

quæst. 2, sed difficultatem propositam scilicet in prædic
ta specie desideretur defuncti capacitas ut legatum ser
vo hereditario relictum subsistere possit nullatenus sub
tetigerunt, sed ex littera tex. illud deliciunt hereditari
um servum in nullius dominio esse, neque defuncti neque
heredis instituti ut ex ipsorum persona capacitatem
desumere possit docent igitur eo herede instituto, qui vel
nihil vel non totum capere potest post testatoris mortem
legatum servo hereditario relictum taliter valere ut statim
hereditati adquiratur et per hereditatem heredi postea
adeunti quia nullus est dominus tempore legati relicti de
cuius capacitate quæri possit, sed ea esse iuris consentiam non
quod absolute doceat nullum esse dominum servi hereditarii,
sed tantum profiteatur eum neque defuncti neque heredis in
dominio existere non defuncti quia re vera nullus est quo
niam defunctus supponitur non heredis, cuius persona
ante aditionem non solum nulla est sed etiam incerta est et
talis ut nulla aliquando possit esse ex eo quod contingere
potest quod nullus heres aut successor existat testatori
ex l. 97 ff. de evictio. unde Paul. scripsit iacente he
reditate heredem institutum servi hereditarii dominum
non esse in l. servus hereditarius 16 ff. de stipu. servo.
et in l. si unus 27 § fin. ff. de pactis, et quod defunctus
dominus non sit hereditate iacente docent consulti
in d. l. eius qui 42 ff. de rebus creditis, et in l. si servus 18
§ servus capto ff. de stipula. servo, ergo si personas
ipsorum expectemus nullus est dominus, qui capax sit
tempore, quo dies legati cedit, et consequenter legatum

UVA.BHSC

hereditati adquiritur ut ex post facto heres postea here
ditatem agnoscens cum effectu consequatur quod autem dicitur
legatum hereditati adquiri non aliter intelligendum est nisi
si mediante persona servi qui neque heredi ut
pote incertae personae et prorsus extraneae adquirere
potest neque defuncto qui iam non extat tempore quo
legatum cedit certum est enim hereditarium servum in nulli
us dominio esse ut supra saepius animadvertimus
sed adquisitio quae hereditati iacenti interim fit ad
mittitur quasi defuncto ipsi fieret cuius persona
in hereditate repraesentatur atque ideo in heredita
te substinebitur si defuncto potuit legatum relin
qui idest si capax fuit testi factionis ut observat
Cuia. in d. l. si mihi et ticio §§ 1 ff de lega. 2 ex cu
ius observatione iam manifeste depromitur consulti de
cisionem ita intelligendam esse ut prius supponamus
contra Paulum Cast. et Gofredum defunctum testi fac
tionis capacem fuisse et id tantummodo a Juris
cons. doceri iacente hereditate nullum servi heredi
tarii dominum reperiri.

34 Ex doctrina ergo supra tra
dita ut facilius appareat consulti sententia speci
es ipsius breviter fingenda est ticius igitur qui
testi factionem activam simul et passivam habebat
quoniam si non habuisset neque testum conficere ne
que heredem scribere potuisset testum fecit et in eo
civem Romanum instituit qui vel nihil vel non totum
ex testo percipere poterat decessit ticius, et iacente hereditate

UVA.BHSC

hereditario servo legatum fuit relictum dubitat Cons.
de Capacitate quatenus ad adquisitionem expectat
et utrum inspicienda sit ex persona defuncti an ex
persona heredis an neutrius et respondet servum
in nullius dominio esse in cuius persona de capa
citate queri possit, et statim infert hereditati le
gatum adquiri quae quidem species convenit tum
textus literae tum etiam iuris decisionibus quoniam
supponimus testatorem testi factionem habuisse at
que ideo ex ipsius capacitate potuit legatum subsis
tere licet institutus heres neque legatam rem cape
re posset et quod magis est etiam si testi factionem non hu
beret ex l. servus hereditarius 52 ff de hered. in
st. verum tamen licet ad legati validitatem inspiciatur ca
pacitas defuncti non tamen attenditur quatenus expe
ctat ad adquisitionem quoniam licet testatori ut pote
defuncto iam non possit dominium adquiri hereditati
nihilominus queri potest quandoquidem pro do
mino existimatur in his omnibus quae in iure con
sistunt ex l. hereditas 61 cum aliis pluribus supe
rius aductis ff de adquid. rerum dominio atque hunc
esse sensum consulti existimo in illis verbis ut quia nul
lus est dominus in cuius persona de capacitate
queri possit sine ullo impedimento adquiratur
hereditati ex quo manifeste conspicitur de adqui
sitione legati controversiam a iuris cons. motam fuisse
et cum de adquisitione disputaret nihil mirum quod
in praedicta specie doceamur servum in dominio defun

UVA.BHSC

ctionem existere atque ideo quatenus ad adquisitionem expectat non esse dominum ut ipsius persona inspicienda sit, sed esse in dominio hereditatis quae statim a morte defuncti in universum ius ipsius succesit atque ob eam ranem censetur per servum hereditarium tanquam domina adquirere potest et haec videtur vera expositio d. l. si titio 55 § 1 ff. de lega. 2°

35 Explicavimus iam sententiam consulti iuxta doctrinam cuiaque sequitur exquisitor, sed quoniam Paulus Cast. Gofredus et antiquiores alii diversam conclusionem et sententiam ex littera lex deducunt contingere videlicet posse ut absque capacitate dominica servo legatum relictum possit vires obtinere atque ideo singularem casum proponi in d. l. si titio 55 § 1 utrum haec propositio vera sit et talis casus reperiri expendere libuit et licet praecitati scriptores nullam occasionem quaestionis indagatione praeveant cum neque casum fingant neque rationem specialitatis assequti fuerint nihilominus tamen ansam disputationi praebuit quidam eximius, subtilisque noster primarius antecessor qui in expositione l. primae ff. de adquid. hered. litteram et sententiam consulti in d. l. si titio 55 § 1 ff. de lega. 2 exponere intendens et expendens verba illa et quia in nullius dominio est de cuius capacitate queri possit existimavit eum esse adequatum intellectum nimirum legatum servo hereditario relictum valere posse licet neque testator rem legatam

UVA.BHSC

capere potuisset neque heres institutus capere possit
et quoniam casu in quo hec specialitas potest admitti
subtiliter exponit ut mens consulti, et vera iuris ratio
percipiatur parumper nobis immorandum est, ut doctri-
ne veritatem indagemus.

36 Observat igitur precitatus doctor
et nos fatemur Iuris Cons. Gaij responsum in d. l. si titio
55 desumptum fuisse ex eodem Gaio lib. 12 ad legem Iuliam et
Papiam, quarum quidem legum diversa capita extiterunt
in quibus celibes et orbi ea plectebantur pena ut vel nihil
vel non totum ex testo alieno vel legati vel hereditatis
titulo capere possent nisi legibus obtemperantes vel
celibes matrimonium contraherent vel orbi filios habere
nt similiter etiam coniuges filijs orbati decimam tantum
reciproce unus ex testo alterius capere poterat cum ali-
quibus tamen limitationibus ut satis aperte tradidimus
et plura Iuris Cons. responsa atque doctorum placita in
confirmationem colligimus supra cap. 1 n. 29 cum sequ.
erit. — Secundo etiam animadvertendum est et erudite
observat noster antecessor aliud esse heredem institutum aut
legatarium non habere testi factionem ut in specie lex in
servus hereditarius 52 ff. de hered. inst. aliud autem
esse ex testo capere non posse ut in d. l. si titio 55 § 1
ff. de lega. 2. atque ob eam rationem obtinuit secunda est non
habet testi factionem igitur neque ex testo capere potest
e converso autem non legitime infertur capere non potest igi-
tur non habet testi factionem ut colligitur manifeste ex l. si
servus eius 82 ff. de adquid. hered. l. devisor 82 § servus

UVA.BHSC

ff. de lega. 2 et ex Ulp. in frac. tit. 15 et 16 et ex pluri
bus aliis iuris cons. responsis quae congessimus d. cap.
1 ex n. 20 cum sequentibus et plura cumulant Bart. Pau
lus Cast. et antiquiores omnes in rub. ff. de his quae
ut indig. Don. lib. 6 coment. cap. 17, et ibidem Osual.
Petrus Grego. lib. 22 sintag. cap. 33 n. 17, Petrus fa
ver. in l. 2 in pp. ff. de reg. iuris = Incapacitas enim
aut consideratur quatenus expectat ad testi. Valid
ditatem aut quatenus expectat ad adquisitionem rei
quae vel legati vel hereditatis titulo relinquitur
rursus circa ipsam rem contingere potest quod incapacitas
reperiatur in legatario, vel herede instituto aut ex
eo quod indignus reditur quoniam legibus non obtempera
uit, aut ex eo quod res legata propria ipsius legatarii
erat quae omnia exemplis manifestiora fient quoni
am si supponamus heredem institutum vel legatarium de
portatum aut peregrinum fuisse aut ex alia ratione non
habuisse testi factionem certo certius est institutionem aut
legatum nullo modo subsistere neque in persona ip
sius neque in persona servi in potestate eius existen
tis ex regula lex in l. si mihi et tibi 12 § regula ff.
de lega. 1 l. 1 cod. de hered. inst. l. non minus 3 ff. eo
dem tit. Ceterum si incapacitatem aut non capiendi facul
tatem inspiciamus ratione rei legatae veluti si ti cio
fundi sempronianus domino ipse fundus sempro
nianus relinquatur legatum inutile est ex l. mea
res 9 § ff. de condic. et demonst. l. proprias 13 cod.
de legatis § sed si rem 10 inst. eodem, Ceterum si servus in

UVA.BHSC

potestate tacitus constituto talis fundus legetur legatum
vallebit, quoniam dominus testi factionem habebat, li-
cet rem legatam capere non posset, rursus et ex ea ratione quo-
niam in legato servo alieno relicto duplicem regulam, sive du-
plicem capacitatem inspiciendam fore certum est prima illa
est regula ita demum legatum valere si cum domino testifac-
tio sit ex l. si mihi 12 § regula ff de lega. 1, l. non minus 31
cum similibus ff de hered. inst. secunda regula illa est le-
gatum relictum servo eius qui capere non potest dum tamen
dominus testi factionem habeat subsistere et ex persona ser-
vi consistere posse licet in persona domini non posset
effectum sortiri ex ea nimirum ratione quoniam ante lega-
ti cessionem potest servus vel alienari vel manumi-
ti, quoniam si in potestate domini permaneat usque
dum legatum cedat legatum viciabitur ex regula Juliani
de qua fit mentio in l. debitor 82 § servo ff de lega. 2°.
et consonat lex in l. et si maxime 5 ff de servit. legata
quam regulam erudite exponit Cuia. lib. 10 quaest. Pauli
in d. l. 82 § servo, et lib. 16 quaest. Pap. in d. l. et si maxime 5 =
Rursus contingere potest quod caelibi vel orbo legatum relin-
quatur, quod aut in totum aut pro parte ex alieno testo capere
re ex legibus caducariis interdicitur, quo in casu legatum
inutile non est, quia capacitatem hoc est testi factionem qui-
libet ipsorum habet et contingere potest ut cum effectu ca-
piant si ante legati cessionem legibus obtemperent
atque ob eam rationem si servo caelibis, aut orbi legatum relinqua-
tur, vel heres institutus sit legatum subsistit, et heredis
institutio substinetur, quoniam ante quam cretionis dies

UVA.BHSC

labantur aut dies legati cedentis adveniat potest ser
vus vel alienari vel manumitti n in fraudem legis et
tunc vel ipsi servo manumisso vel novo domino he
reditas, aut legatum adquiri valebit iuxta decisionem
lex in l. si servus eius 82 ff de adquid. hered. Circa
quam rem plura observant scriptores laudati supra
cap. 1 ex n. 29.

37 Ex qq. ppis infert noster antecesor contin
gere quidem posse, q. licet et testo capere n potuisset
defunctus neque capacitas apud ipsum concurrisset
mortis tempore ut rem hereditario servo legatum adqui
rere posset ex ea rane quoniam propria testatoris erat
subsistere tamen legatum in persona ipsius servi ut he
reditati mox queratur ex ea rane quoniam contingere
poterat, q. servus ante legati cessionem manumite
retur et consequenter si servo hereditario fundus ticia
nus qui defuncti fuerat relinquatur licet defunctus
capere n posset nihilominus tamen legatum valere quo
niam manumisso vel alienato servo ante diem legati
cedentem vel servus ipse vel novus dominus percipere
valeret et in hoc casu existimat intelligi posse sententiam
consulti in d. l. si ticio. §§ 1 ff de lega. 2.

38 Et licet nullam l. 82. §. 2. de legat. 2.
iuris decisionem in confirmationem predicte resolutionis
aducat nihilominus tamen aperte confirmari videtur
ex d. l. ducitur 82 § servo ff de lega. 2 ubi cons. Paulus
docet fundum ticianum qui sempronii est ipsi sempro
nio legari n posse, servo autem in potestate illius constituto

UVA.BHSC

relinqui valere et ex ea suppositione infert circa lega
torum validitatem servi personam inspiciendam esse et
postquam predictam resolutionem aliquibus rationibus
confirmavit in sequentia verba prorumpit ex illo
igitur precepto quod dicimus servi inspici personam
in testis dictum est servo hereditario legari posse
in qq. manifeste demonstrat cons. eodem modo valere
legatum servo hereditario relictum sicut consistit ser
vo in potestate domini existenti datum sed in priori
textus parte affirmaverat substineri legatum in per
sona servi etiam illius rei quae propria erat domi
ni licet in persona ipsius domini consistere non po
sset. igitur eadem ratione ex consulti paritate debet
legatum subsistere in persona servi hereditarii etiam
illius rei quae testatori legari non potuerat ex ea ratione
quoniam ipsius rei dominus erat et consequenter nulla
repugnantiae ratio videtur excogitari posse quominus
amplectamur textum in d. l. si ticio §§ 91 ff. de lega. 2 in
telligi posse et debere in specie relata quando scilicet
res propria defuncti servo hereditario relicta est ut
tunc ex persona servi legatum subsistat, licet neque
defunctus neque heres percipere possent et conse
quenter adquirendi legatum capacitatem non haberent

39 Arguta
sane est et subtilis praefata expositio et quae prima fronte
totam d. legis difficultatem tollere, et ipsius litterae convenire
videtur, verum tamen tanti viri pace re diligentius animadver
sa iuris pp. contrariam existimo ex ea invincibili ratione quoniam

UVA.BHSC

iuris cons. Gaius in d. l. 55 § 1 n. solum docet legatum servo he
reditario relictum subsistere ut ipsi ex post facto ante ces
sionem forte manumisso adquiri possit, sed simul fatetur ex
persona servi hereditarij legatum valere ut statim heredi
tati adquiratur et per hereditatem heredi futuro quae om
nia locum habere non possunt quando fundus sempro
nianus qui defuncti fuerat servo hereditario relic
tus est quoniam ex eadem ratione ex qua in personam ipsius de
functi legatum valere non poterat neque in hereditate
aut in herede futuro subsistere potest certum namque
est ex illo pp. inutile legatum iudicari in persona de
functi quoniam fundus sempronianus ipsius erat ex l.
mea res 98 ff. de condic. et demonst. l. proprias 13
Cod. de legatis § sed si res 10 inst. eodem l. cetera 41 § trac
tari ff. de lega. 1 et cum dominium rei legatae haberet
legatarius subsistere legatum non potuit ex eo quod res
ipsius propria iterum ex causa legati non potuit ad
quiri d. § 10 inst. de lega. § sicut quoque discretis 14
inst. de actio. l. Rebus 66 § fundo ff. de lega. 2 l. po
sideris § ex pluribus 4 ff. de adquid. poss. l. et ea ean
dem 14 § actiones 2 ff. de excep. rei iudicatae l. non ut
ex pluribus 159 ff. de reg. iuris = Quaequidem ratio aequa
liter militat in hereditate iacente ut fundus ticia
nus, qui proprius fuerat testatoris non possit mediante
servi hereditarij persona ipsi hereditati adquiri
ex causa legati, quoniam res, quae defuncti propria ex
titit statim in hereditatem transfunditur, et universorum
bonorum domina constituitur ex ipso instanti quo testator.

UVA.BHSC

decesit ex ea ratione, quod hereditas in universum ius et domi
nium defuncti succedit, l. nihil est aliud 24 ff. de verbo
sig. l. hereditas ff. de adquid. rerum do. ideoque domi
na rerum hereditariarum constituitur ita ut per iuris
fictionem et repraesentationem dominium in ea conservetur
eodem modo ac si defunctus non decessisset, l. liber homo
13 § servus hereditarius ff. ad legem Aquil. l. ante aditam 15
ff. de interrog. in iure faciendis, l. non minus 31 § 1 ff. de her.
hered. inst. l. legatum 116 § servus hereditarius ff. de legat. 1, l. he
reditas 61 ff. de adquid. rerum dominio, l. si his qui 15 in fi
ne pp. ff. de usucapio, l. cum hereditas 9 Cod. depositi, cum igi
tur fundus legatus defuncti fuerit, et ex mortis instanti
in dominio hereditatis sit necessario sequitur hereditati
per servum hereditarium iterum ex causa legati adqui
rendi posse. Rursus eadem incapacitatis ratio in herede
consideratur quoniam heres hereditate adita dominium
rerum hereditariarum statim consequitur ex l. cum heredes
23 ff. de adquid. poss. l. legatum 80 ff. de legat. 1 l. 1 § sed
vulgo ff. si his qui testo liberi esse iussus est, l. si servus 18
§ servus capto ff. de stip. servorum, d. l. liber homo 13, § si
servus hereditarius ff. ad legem Aquil. l. 1 ff. de separa
tio, l. sed si plures 10 § sed si filio ff. de usucap. vulgari l.
procuratorem 90 § 1 ff. de adquid. hered. et taliter dominium
adquirit heres, ut retro fictione facta ab instanti quo de
functus decessit dominus extitisse credatur ex l. heres quan
doque 92 ff. de adquid. hered. d. l. legatum 80 ff. de legat.
2, l. omnis 138, l. omnia 193 ff. de reg. iuris. Cum igitur
supponamus et fateatur noster antecessor incapacitatis

UVA.BHSC

rarie ex eo processisse quoniam fundus servo heredita-
rio legatus defuncti fuerat et ipsi non potuit adquiri
necessario sequitur neque hereditati iacenti dum domi-
na est et defuncti personam repraesentat neque heredi
scripto post aditionem qui similiter dominium adqui-
sivit per servum hereditarium rem legatam adquiri vale-
re. Cons. autem in d. l. si titio §§ 91 resolvit casum in quo
absque defuncti aut heredis capacitate qua tenus ad
adquisitionem expectat non solum legatum subsistit ve-
rum etiam hereditati adquiritur et per hereditatem here-
di futuro ut constat ex illis verbis sine ullo impedimen-
to adquiratur legatum hereditati atque id omni
modo ad eum pertineat quicunque postea heres ex-
titerit. Igitur manifeste sequitur consulti sententiam in-
telligi non posse eo casu quando ratione rei legatae incapa-
citas occurrit et consequenter superior expositio ad-
mittenda non est.

40 Admissa igitur sententia antiquorum sententia ex-
istimantium specialem casum in d. l. proponi in quo absque defunc-
ti capacitate atque heredis instituti potest subsistere le-
gatum servo hereditario relictum ut hereditati quaeratur et
per hereditatem heredi futuro tota difficultas in eo consis-
tit utrum talis casus iuris regulis consonans possit reperi-
ri existimo ergo ex ipsius legis inscriptione Cons. Gaium
intellectum adequatum suscepturum si intelligamus incapaci-
tatem tam in defuncto quam in herede instituto processisse
ex legum Iuliae et Papiae dispositione ex eo forte quod li-
bes, aut orbi erant, et vel in totum, vel pro parte legatum capere

UVA.BHSC

n valebant et si de hac incapacitatis specie prædictam le
gem intelligamus nulla prorsus difficultas remanevit =
Constituo igitur ticium cælibem aut orbum testum fecisse et
instituisse sempronium, qui simul orbus aut cælebs erat
quo casu neque unus neque alter poterat totum legatum
ex testo percipere nisi legibus obtemperarent, decisit
ticius et iacente hered. servo hereditario legatum fuit re
lictum ad cuius adquisitionem si inspiciamus defuncti
personam certum est rem legatam capere n potuisse, Præterea
si heredis instituti personam considerare velimus simi
liter certum est solidum legatum adquirere n posse et con
sequenter hereditarius servus neque a defuncto neque
ab herede instituto poterat capacitatem accipere qua
tenus ad adquisitionem expectat cæterum cum testator civis
Romanus fuisset et testifactionis capax sufficit hæc
capacitas ut servo hereditario legatum relictum subsis
tere possit ex l. servus hereditarius 52 ff de hered. inst.
l. si servus eius 82 ff de adquid. hered. l. debitor 82 ff de
lega. 2 atque ideo recta ratione ex capacitate defuncti le
gatum servo hereditario relictum substinetur ut heredita
tis statim adquiratur et per hereditatem heredi futuro ex
illa parte quam capere potest ex reliqua vero illis
adquiratur, qui lege vocantur = Nec inconveniens
est quod defunctus capere n potuisset ex vicio cælibatus
vel orbitatis, et consequenter officere videatur vicium inca
pacitatis in persona defuncti consideratum ne heredi
tati legatum adquiri possit ex eo quod defuncti vicium et in he
reditatem et in heredem descendit, atque transfunditur ex

UVA.BHSC

reg. tex. in l. a vicium 5 cum similibus ff. de diversis
et temp. praescrip. quoniam huic considerationi res
pondetur quod incapacitatis vicium quod ex celibatu vel orbita
te, pro fisciscitur personalissimum est ut docet tex. in d. l.
si servus eius 82 ff. de adquid. hered. atque ideo licet
obesse posset defuncto si adhuc viveret, ne legatum
vel in totum vel pro parte consequi posset heredi
tati tamen non officit ut rei legatae dominium consequatur
praeterea et ex illa ratione facilius difficultati pro
positae respondetur quoniam in specie d. l. 55 § 1 lega
tum hereditario servo fuit relictum postquam testator
eius dominus decesserat quo in casu incapacitatis vi
cium penitus sublatum fuerat, quoniam ut fusius supra
cap. 1 animadvertimus personalitas ipsa defuncti ad
hered. non transfunditur sed iura omnia quae mortis tem
pore obtinuerat et inter alia capacitas quam ut civis
Roma habebat ad hoc ut heres institui posset et le
gatum ipsi relinqui quae sufficit ut hereditario servo le
gatum relictum subsistat et hereditati adquiratur et
hic non falor novus est et forsan verus intellectus con
sulti in d. l. si ticio 55 § 1 ff. de lega. 2. praeter aliam
expositionem quam supra ex recentiorum scriptorum pla
cito illustravimus.

42 Admissa igitur praefata expositione
nihil contrarium docet cons. in d. l. debitor 82 § servo
ff. de lega. 2, licet enim ex ipsius littera et mente supe
rius exposita n. 88 illud eliciatur pp.m recte posse lega
ri servo hereditario fundum qui defuncti erat tempore

t. 82. de adq. her.

t. 55. § 1. de leg. 2

t. 82. § servo. de leg. 2

UVA.BHSC

mortis quoniam servo manumisso forte antequam dies
legati cedat potest adquiri licet defunctus ut posse
dominus rei legatae incapax esset, hoc tamen proprium
et propositio inteligenda est ut legatum in servi he
reditarii persona a pp. subsistat et in pendenti sit
ut ipsi servo si libertatem consequatur rem legatam cum effectu
adquirere possit ut in alia simili incapacitatis
specie raciocinatur Cons. in d. l. si servus eius § 2 ff de
adquid. hered. ceterum non potest legatum valere, aut
effectum sortiri, si servus in servitute permaneat us
que ad diem legati cedentis ut manifeste docet Cons. in
d. l. debitor § 2 § servo ff de lega. 2 et consequenter si
cut domino praedefuncto adquirere non poterat servus
rem propriam ex causa legati ita similiter neque here
ditati neque heredi futuro adquiri potest ex servi
hereditarii persona ut tradidimus supra n. 39. Cum ergo
sententia Cons. in l. si titio §§ 1 ff de lega. 2, legatum valere
supponat ut hereditati mox quaeratur et postea heredi a
deunti ex illa parte quam capere potest necessario sequi
tur nequaquam intelligi posse de incapacitate quae proficis
citur ex eo quod res legata ipsius testatoris fuerat = Resolu
tio autem tex. in d. l. debitor § 2 § servo ff de lega. 2 in
praedicta incapacitatis specie accipi debet quoniam
illud tantummodo supponit Cons. hereditario servo
illam rem posse legari quae propria fuerat testatoris
quoniam licet testator capere non posset testi famem fac
tionem habebat, et illam capacitatem quae sufficit ut servo
legitime legatum relinquatur, cuius persona ad legati

UVA.BHSC

Affectus in pictr si forte ante diem legati cedentem
vel manumittatur vel alienetur ex reg. Juliano de
qua fit mentio in d. l. 82, quam erudite exponit Cu
ia. Lib. 10 quæst. Pauli in expositione d. l. et Lib. 16
quæst. Pap. in l. et si maxime § ff. de servit. lega
ta.

42 Restat nunc ad perfectiorem Jurisconsulti expositionem
in d. l. si titio §§ §1 ff. de lega. 2 ut exponamus posterio
ra verba illa atque id omnimodo ad eum pertineat
quicunque postea heres extiterit secundum quod capere
potest reliqua autem pars ad eos qui iure vocantur ve
nit, in quibus docemur legatum hereditati quæsitum me
diante servi hereditarii persona heredi postea ade
unti et partis tantummodo capaci pro ea parte tan
tummodo quæri ex qua capere potest, reliquam au
tem partem ad eos expectare qui lege vocantur: difficul
tas igitur et gravis profecto quam exponere promisi
mus supra cap. 1 n. fin. in eo consistit ut designe
mus personas quæ ex lege vocantur et fiscum exclu
dere possunt a perceptione partis illius quam heres
institutus ex testo alieno capere non potest. Et omi
sis aliorum placitis ut vrevitati consulamus exis
timo contingere posse quod heres ipse vel celeps vel
orbus totum legatum percipiat veluti si heredita
rio servo legetur fundus cuius vera stimatio centum
sit sub ea tamen conditione si heredi vel alteri cen
tum aut 50 dederit, quo casu si celeps heres existat
et centum præstet conditioni simplendæ causa solidum

t. 55. §. 1. de leg. 2

UVA.BHSC

legatum capiet et si orbus heres existat, et 90 implen
dae conditionis causa soluat totum fundum consequen
tur dimidiam partem quoniam leges caducariae id
permitebant alteram vero dimidiam quoniam quate
nus ad effectum expectat 90 quae implendae condi
tionis causa erogaturus est capere non intelligitur et con
sequenter nihil amplius quam per leges conceditur
creditur percipere ut elegantur resoluit Ferencius Cle
mens in l. sed et si hoc 62 § cuidam ff de condic. et
demonst. cuius decisio desumpta est ex lib. 4 ad legem
Juliam et Papiam et consonat tex. in l. si fundus 65
ff ad legem falc. desumptus ex Paulo lib. 6 ad legem
Juliam et Papiam = Similiter contingere potest ut
totum legatum celeps vel orbus ex accidenti capiat
si forte hereditarius seruus, cui legatum fuit re
lictum rogatus sit ut vel in totum, vel pro parte alte
ri restituat (quodquidem testator efficere potest ex re
gula tex. in l. cum filio familias 11 ff de lega. 1) quo
niam si totum legatum rogatus fuerit restituere licet
heres vel celeps vel orbus sit legatum solidum capi
et ut fideicomissario restituat, hoc namque casu
propter fideicomissarii emolumentum et comodita
tem legatum plene subsistit in persona legatarii, li
cet sibi vel nihil vel non totum capere possit ut docent
cons. in l. cum ei 42 ff de lega. 2 l. si fidei 28 ff de le
ga. 3 l. cogi 169 § his qui solidum 15 ff ad S. C. Trebellia

43 Contingere
similiter potest quod propter incapacitatem heredis

scripti legatum hereditati quesitum nad fiscum per
tineat, sed ad heredem illius qui legatum servo here
ditario reliquit devolvatur. si forte filius heres
institutus sit vel cognatus intra 3m gradum consti
tutus quos legum caducariarum dispositio non plec
tebat ut perspicue satis tradidimus supra cap. 1
n. 32 quo casu partem illam quam heres capere non
potest mediante persona servi hereditarii apud
filium vel cognatum remanet ex iure antiquo idest
ex l. 12 tabularum ut provat elegans et formalis
tex. sic necessario intelligendus in l. pater 298
fin. ff de lega. 2. cui consonat difficilis tex. in l. si
his qui 6 ff de vulgari filio namque herede institu
to vel altero cognato intra 3 gradum si legatum relin
quatur celibi vel orbo pars quam legatarius capere
non potest apud filium vel cognatum qui legato one
rati sunt remanet, et consequenter verba consulti
in d. l. si ticio §§ 81 ff de lega. 2 quatenus docet par
tem quam heres capere non potest ad eos qui lege vo
cantur pertinere facile intelligi possunt, eo casu
quo pater filium instituit et legavit servo he
reditario, nam hoc casu legatum hereditati quaeritur
et si postea hereditatem agnoscat celsus totum legatum
ad filium heredem devolvitur, si vero orbus heredita
tem habeat partem dimidiam capiet et alteram dimidi
am filius heres institutus excluso fisco retinebit
Rursus adaptari non inepte poterit cons. resolutio ad al
terum casum quando scilicet testator qui servo hereditario

UVA.BHSC

legatum reliquit heredem extraneum instituit et postea
evenit, quod bona hereditaria legatis solvendis non
sufficerent, quo casu ius legati illico post cessionem he-
reditatis quaeritur, et in ipsa radicatur ut ostendimus su-
pra Cap. 1 n. 24, caeterum si postea agnoscatur hereditas
in qua servus hereditarius existebat ab orbo vel cae-
libe et legis falcidiae ratio introducatur pars ea quam
iure falcidiae deducere potest heres ad fiscum non per-
tinebit, sed ad heredem expectavit quoniam lege falci-
dia vocatur ut diserte docet Cons. Ferentius in l. Coci-
ens. 67 ff. ad legem falc. quae desumpta est ex lib. 4 ad
legem Iuliam et Papiam — Et tandem intelligi potest absque
difficultate Cons. resolutio in d. l. si Titio 55 § 1 si for-
te celeps vel orbus institutus sit et proponatur ab eo qui
servum hereditarium reliquit et coheredem ipsi designaverit
filium vel cognatum intra 3 gradum constitutum, quo casu pars
quam capere non potest coheres ex causa legati si orbus sit
vel celeps ad coheredem ex iure antiquo et ex potentia
iuris accrescendi fisco exclusa pertinebit ex l. si in
testo 5 quae desumpta est ex lib. 3 ad legem Iuliam et Pap.
et ex l. si his qui 6 quae desumpta est ex lib. 4 ad easdem
leges ff. de vulg. et pup. subst. et si nulla specialitas
quae in casibus relatis dignoscitur concurrat pars quam
celeps vel orbus capere non potest ad fiscum ex le-
gum caducariarum dispositione pertinebit ex traditis
supra Cap. 1 ex n. 29 cum sequent.

44 Ex praedicta observatione
in qua supposuimus incapacitatem quae proficiscitur ex

Julia et Pap. in defuncto consideratum si tamen
si testi factionem obtinuit non obesse quominus servo he
reditario legatum relictum subsistat et sibi adqui
rere possit, si ante diem legati cedendi manumi
tatur ex regula Juliani cuius fit mentio in l. de
vitor. 82 § servus ff. de lega. 2 = Proficiscitur expo
sitio ad textum alias difficilem licet vulgarem in l. si
servus eius 82 ff. de adquid. hered. quae desumpta
est ex Terencio lib. 10 ad legem Juliam et Pap. ubi
proponit servum eius (si civis videlicet Romani)
qui capere non poterat ex eo quod celeps vel orbus erat he
redem institutum fuisse dubitatque utrum valeat et subs
istere possit institutio in persona servi, quae vero impe
diatur ex eo quod dominus per servum hereditatis capi
endae vel in totum vel pro parte capacitatem non habe
bat et respondet subsistere institutionem ex ea ni
mirum ratione quoniam dominus capax quidem erat ex
eo quod civitatis Romanae privilegiis non erat restitu
tus atque ideo si intra cretionis dies vel matri
monium contrahebat, vel filios procreabat sublato
orbitatis vel caelibatus impedimento hereditatem ad
quirere valebat cum effectu, caeterum transactis cretionis
diebus quasi in eodem statu perseverabat fiscus
tanquam ab indigno hereditatem auferebat = Praete
rea et ex eo pp. docet cons. heredis institutionem sub
sistere posse et effectum sortiri quoniam contingere po
test ut servus institutus vel manumittatur, vel alie
netur non in fraudem legis antequam hereditas deferatur

UVA.BHSC

sive antequam dies cretionis currant quo casu vel si
bi manumisso servus institutus hereditatem adqui
rere valebit, vel novo domino in cuius potestate ex
titerit tempore quo hereditas delata fuerit quo
niam orbitatis vel celibatus impedimentum persona
lissimum est atque ob eam ranem non transit ad servum
manumissum neque ad novum dominum in cuius potes
tatem pervenit ex alienatione non in fraudem legis fa
cta et ideo nihil mirum quod institutio a principio subsistat
et ex post facto hereditas cum effectu adquiratur vel ser
vo manumisso vel novo domino licet dominus
in cuius potestate erat institutionis tempore capere
re non potuisset, quoniam ex regula Juliani ut servus
possit institui sufficit quod testi factionem dominus
habuisset ita exponunt cum a in l. 1, et 2. Cod. de in
firmandis poenis celibatus et in recitatione ad tex. in
d. l. 55 de legatis 2, et lib. 9 observa. cap. 17 Amaya lib.
2 observa. cap. 4 n. 2, Val. ad tit. de adquid. hered.
cap. 5 n. 5, Osvaldus lib. 6 coment. cap. 17 litt. K.

45 Tradidi
mus legatum servo hereditario relictum statim hereditati ad
quiri, ceterum haec suppositio difficilima reditur ex sap. respon
so satis obscuro in l. filio famil. 145 legatum ff. de castrensi
pecul. ubi proponit filium famil. militem testum confecisse
et extraneum heredem scripsisse, et postquam testator dece
sit et heres scriptus deliberabat circa aditionem heredi
tatis servo, qui peculii castrensis fuerat legatum re
lictum fuisse, et in proposita specie dubitat utrum statim

UVA.BHSC

hereditati iacenti vel bonis castrensis peculij como
dolibet ante aditionem consideratis dominium rei legatae
adquiratur et disertis verbis respondet nullatenus ad
quiri ut constat ibi quamvis tunc propter incertum
nulli sit adquisitum quam resolutionem statuerat Pap.
in §. 1 d. legis in stipulatio aut traditio factis servo pecu
lij castrensis iterum dum hereditas ab extraneo instituto
non agnoscebatur, ut constat ex illis verbis si forte peculium
apud patrem resederit nullius momenti videtur cum in
illo tempore non fuerit servus patris, quae autem ad scriptos
heredes in suspenso fuisse traditio, itemque stipulatio
credatur, concludit ergo cons. in suspenso atque in incerto
permanere adquisitionem eventumque necessario expectan
dum ita ut si ex post facto heres institutus hereditatem mi
litis agnoscat app.° res legata per servum hereditari
um ipsi intelligatur adquisita verum tamen si heredi
tatem repudiet ex repudiationis tempore legatum ad
patrem expectet atque stipulatio a servo peculij cas
trensis facta, itemque traditio ex paterna venebolencia
adquiratur ex ea nimirum ratione quoniam herede repudian
te bona castrensia ad patrem iure antiquo retro perti
nuisse certum est ex l. eo tempore 33 ff. de adq. rerum dom.
l. filius familias 18 ff. ad legem falc., l. proponebatur
9, l. de hereditate 19 § pater 3 cum sequent. ff. de castren
si peculio non hereditatis titulo, sed iure peculij ex l.
2 cum similibus ff. eodem tit. = Qua specie et resolutione
supposita ex eo difficultas proficiscitur, quod quando filius
familias extraneum heredem instituit adhuc eo deliberante

UVA.BHSC

bona defuncti hereditaria existimantur ut docet Cons.
in d. l. de hereditate 19 § quod autem § ff de castrensi peculio
in illis verbis cum medium tempus quo deliberant ins-
tituti heredes imaginem successioni praestiterit alio-
quin etsi adita est ab instituto hereditas filij dice-
tur a patre ad eum transisse proprietatem quod absurdum est
in quo verbis ut absurdum effugiat concludit Trifoninus dum
deliberat extraneus a milite heres institutus bona defun-
cti hereditatem aut imaginem saltem hereditatis effici-
ens alioquin necesario sequeretur, quod si postea heres
scriptus hereditatem agnosceret a patre ad ipsum pro-
prietas bonorum transiret absque ipsius patris con-
sensu et voluntate, quod inconveniens iuris regulis ad-
versatur ex l. si ego § cum res ff de iure dotium iuncta
regula tex. in l. id quod nostrum ff de reg. iuris conside-
rata igitur hereditate vel saltem hereditatis imagine
post mortem filij familias si decisio consulti in
d. l. si titio 55 § 1 ff de lega. 2 absolute vera esset qua-
tenus docet legatum servo hereditario relictum statim
hereditati adquiri simul esset verum, et necesarium
consequens legatum servo peculij castrensis relictum
post ipsius mortem, et dum heres institutus deliberat
statim imagini hereditatis adquiri — Sed in d. l. si
lio famil. 14 § legatum ff de peculio castrensi contrarium
manifeste docetur adquisitionem scilicet in suspenso re-
manere igitur manifeste inferri videtur per servum he-
reditarium hereditati iacenti dominium adquiri non po-
sse, sed necesario heredis instituti aditionem expectan-

UVA.BHSC

Jam esse ut adquisitio fiat.

Augetur difficultas ex difficili

46 admodum Pap. responso relato in l. si servus 18 ff de sti-
pulatione servo ubi proponit filium famil. militem qui
servum comunem cum sempronio habebat testum fecisse et ex
traneum heredem scripsisse et postquam filius famil. de
cessit cuius morte saltem in imaginem hereditatis bona
castrensia pervenerant ex dl. de hereditate 19 § 5 ff de
castrensi peculio comunem servum antequam ~~servus~~ heres
scriptus repudiaret hereditatem certum vel aliam rem
stipulatum fuisse et in proposita specie dubitationem
movet utrum stipulatio saltem pro dimidia parte
bonis defuncti et imagini hereditatis adquiratur ut
vel ad heredem institutum si postea hereditatem agnos
cat vel ad patrem eo repudiante iure peculii postea
pervenire possit iuxta resolutionem tex. in dl. de here
ditate 19 § fin. cum aliis inferius referendis ff de cast.
peculio et certe si principia supra tradita repetamus
et praecipue resolutionem consulti in dl. si ticio 55 §
1 ff de lega. 2 videbatur dicendum estatim stipulationis
dimidiam partem successionis imagini adquirendam
fore, quoniam certissimum ppm iuris est communem
servum cuilibet ex dominis pro ea tantum parte pro
qua dominus est ex causa stipulationis adquirere
ex § servus comunis 3 inst. de stipula. servorum l. si
comunis 29 l. si cum duorum 32 l. fin. ff eodem tit.
et similiter certum est hereditarium servum ex stipula.
traditione, aut legato hereditati adquirere posse

UVA.BHSC

l. seruus hereditarius 35 l. seruus comunis 18 §
si seruus capto ff de stip. seruo, l. eius seruus 41 in pp.
ff de rebus creditis, l. si his qui 15 in pp. ff de usucap.
d. l. si ticio 55 § 1 ff de lega. 2, l. legatum 116 § seruus
hereditarius ff de lega. 2 iuncto pp. inst. de stipula
tione seruorum = Ceterum predictis rationibus non obs
tantibus concludit Pap. in d. l. si seruus 18 in pp.
ff de stip. seruo sempronio consocio filij familias
totam stipulationem adquiri et eam difficilem profecto
rationem subiungit, quoniam adquisitionis tempore
et conceptae stipulationis instanti solus sempronius
dominus inuenitur serui comunis et consequenter
cum dominij causa adquisitio ex stipulatione fiat
ipsi tantummodo adquiri valere resoluit, ut constat
ex illis verbis antequam adeat institutus hereditatem
stipuletur socio qui solus interim dominus inuenitur
tota stipulatio queretur.

47. Illam praeterea rationem praebuit
cons. quoniam eo tempore quo heres institutus
de adeunda vel repudianda hereditate deliberat
hereditas non dum est, cui per seruum hereditarium stipu
lationis comodum possit adquiri, ut constat ex illis verbis
quoniam partem non facit hereditas eius quae non dum est
inter ex rationibus supra traditis docere videtur Pap.
defuncto filio familias milite, neque hereditatem esse
neque dominium rerum continuari aut in alicuius po
testate existere ex morte testantis usque ad hereditatis
aditionem, atque ideo bona castrensia vacantia remanere

UVA.BHSC

et consequenter stipulationem a servo hereditario celebratam non subsistere ut vel hereditati vel heredi futuro comodum possit adquiri idque evidentius apparet si sup. mentem ex posterioribus verbis consulamus ibi non enim si quis heredem existere filio familias dixerit statim et hereditatem eius iam esse consequens erit cum beneficium principalium constitutionum in eo locum habeat ut filius familias de peculio testari possit quod privilegium cessat prius quam testum additione fuerit confirmatum in quo manifeste docet filij familias morte licet heredem extraneum instituat non illico hereditatem introduci, et ex ea ratione infert stipulationis adquisitionem omnimodo impediri quatenus expectat ad bonorum castrensium comoditatem et totam stipulationem sempronio qui partis tantummodo dominus erat adquiri igitur quoniam successionis et hereditatis imagine quae introducitur ex instanti quo filius famil. decedit iuxta regulam lex in l. de hereditate 19 § fin. ff. de cast. peculio vel universitati bonorum castrensium comodo libet considerentur per servum qui ipsorum bonorum proprius erat stipulatio vel legatum non potest adquiri.

48 [illegible] fulcitur praeterea difficultas ex Ulp. in l. eo tempore 33 ff. de adquir. rerum dominio ubi in simili specie quando filius familias miles testamentum fecit et extraneum heredem scripsit decessit que servo inter reliqua bona relicto post mortem testatoris servus stipulationem concepit

aut legatum tali seruo fuit relictum = Dubitatur
vtrum statim hereditati legatum et stipulatio adqui
ratur, quoniam contingere potest quod heres scriptus
hereditatem agnoscat, quod vero statim legatum et stipu
latio adquiratur, peculio castrensi, quoniam contin
gere potest vt herede instituto repudiante bona
filij ad patrem iure peculij perueniant et respon
det stipulationis vel legati adquisitionem in pen
denti futuram fore donec heres institutus heredi
tatem vel agnoscat vel repudiet atque ideo euentum
futurum adquisitioni locum prestaturum esse. Concludit
igitur herede extraneo adeunte retro idest ex morte
filij familias mox hereditatem fuisse fingi et heredi
tati ipsi statim dominium aut actionem ex legato vel ex
stipulatione adquisitum fuisse et per hereditatem here
di futuro postea adeunti, ceterum extraneo repudiante
bona castrensia semper fuisse iudicari et nunquam he
reditatem extitisse atque ideo bona filij ad patrem iu
re pristino idest peculij expectare obeamque ranem
stipulationis aut legati commoditatem per seruum pa
tri adquiri neque nobis aut insolens in iure deuet iu
dicari quod dominij adquisitio in incerto sit et ex euen
tu postea declaretur obtinuerunque exemplum in con
firmatione potest adduci ex l. seruus 33 § cum seruus 2
ff de adquid. rerum dominio. Supposito igitur hoc pp.
ex d. l. eo tempore 33 ff eodem tit. admodum difficilis redi
tur consulti decisio in d. l. seruus 18 in pp. ff de stipulatione
seruo, quoniam si certum est dominij adquisitionem, quoniam

UVA.BHSC

statim propter incertitudinem non potest effectum sortiri
saltem in suspenso esse ex d. l. eo tempore 33 et ex l. pro
ponebatur 9 l. filio famil. 14 § 1 et 2, l. de hered. 19
§ fin. ff. de castrensi peculio. Cur Cons. Pap. in d. l. si
servus 18 de stipulat. servorum absolute docet statim
atque concipitur stipulatio commoditatem et ius socio
in solidum adquiri et adquisitionem quatenus ad par
tem bonorum filij praedefuncti qui partem dominij in ser
vo habebat non suspendi sed heredi instituto pos
tea adeuntis vel patri iure peculij bona occupanti
penitus stipulationis commoditatem tolli.

49 Profecto difficul
tatum supraexpensarum non facilis occurrit expositio ce
terum ut breuitate et claritate ipsa complecti possimus
animaduertendum est filium familias militem peculij
castrensis ex principalium constitutionum priuilegijs do
minum constitui cum libera administratione ita ut de
ipso peculio vel inter viuos vel mortis causa libere dis
ponere possit et successorem habere vel patrem ipsum in
cuius potestate est vel extraneum si testum conficiat
dum tamen ex ipso testo hereditas addita fuerit, verum ta
men si intestatus decedat non hereditatis titulo, sed iu
re peculij ad patrem in cuius potestate erat uniuer
sa bona castrensia pertinere l. servum filij 44 ff. de
legat. 1, l. filius famil. 18 ff. ad legem falc. d. l. eo tem
pore 33 ff. de adquid. rerum dominio l. si servus 18 ff.
de stipulat. servo l. qui res 98 § 1 ff. de solutio. l. 1, et 2, l. pro
ponebatur 9, l. filio 14 per totam, l. pater 17 in pp. et § 1 l.

UVA.BHSC

de hereditate 19 §3 cum sequent. l. fin. ff. de Castrensi
peculio atque ideo licet filius testum faciat non sufficit
heredis institutio, ut eo decedente statim hereditas in
troducatur quin potius necessaria est hereditatis adi
tio, atque ideo si institutus heres hereditatem agnoscat
peculium castrense ex mortis instanti hereditas efecta
intelligitur et ad heredem institutum hereditatis titulo
expectavit ut constat ex iuribus supra relatis, ex quo
pp. necessario deducitur quod si filius familias testum faciat
et eo mortuo medio tempore dum extraneus institutus
de adquirenda vel repudianda hereditate deliberat servus
peculii castrensis aliquid stipuletur vel traditione
adquirat vel si legatum ipsi relinquatur dominii
adquisitio in suspenso esse doveat, et si postea heres
institutus hereditatem agnoverit ipsi a pp. per servum
hereditarium dominium aut ius quodlibet ex quacunque
causa adquisitum fuisse intelligatur, sin autem heredi
tatem repudiaverit ad patrem in cuius dominio retro
peculii iure retro fuisse censetur legatum, stipulationem
aut aliam adquisitionem quamlibet et dominium vel ali
ud ius ex ea proveniens pertinuisse dicamus ut ma
nifeste provant cons. in d. l. proponebatur 9 cum aliis plu
ribus supra relatis ff. de Cast. peculio, ita observant
Anto. Faber in iurisp. tit. 12 pp. 6 illa 12 cum pluribus sequ
ent, et precipue illatione 17 et 18 cuia lib. 27 quest. Pap.
in l. si servus 18 ff. de stipulatione servorum, et in
l. filio familias 14 ff. de castrensi peculio et lib. 2
difinitio eiusdem Pap. in l. pater 17 ff. eodem tit., et lib. 11

UVA.BHSC

quæst. Pauli in l. filius 18 ff. ad legem falc.
et post eos erudite noster Val. lib. 1 trac. 3 cap. 3 ex
n. 1, cum sequent.

50 Ex qua observatione et scriptorum traditioni-
bus illud necessario sequitur in signem dis-
paritatem constituendam esse inter bona hereditaria
quæ morte cuiuslibet civis Romani pagani remanent
et peculium vel bona castrensia, quæ filius familias
testum conficiens mortis tempore reliquit in illis enim
bonis quæ pagani fuerunt illico ex mortis instan-
ti hereditas introducitur et dominia iuris fictione
et potestate constituitur ut universum ius, quod defun-
cti fuerat in ipsam hereditatem ut pote dominam trans-
fundatur, et continuetur, et consequenter quidquid
iacente hereditate servus ex qualibet causa ad-
quirit statim hereditati adquiritur dummodo defun-
ctus testi factionem habuisse et iuxta hunc sensum
intelligendi sunt consultationes l. n. minus 31 § 2, l.
servus hereditarius § 2 de hered. inst. l. si ticio § 1
ff. de lega. 2, et alia plura iuris consultorum responsa
quæ supra latius exposuimus in peculio autem ali-
ud observatur, quoniam si filius miles heredem extraneum
instituat n. statim ex ipsius morte hereditas introduc-
itur quia heredis institutio bona castrensia here-
ditatem n. facit sed simul desideratur scripti heredis
agnitio ex d. l. filius famil. 18 ff. ad legem falc. l. eodem
pore 33 ff. de adquir. rerum dominio l. proponebatur
9, l. filio familias 14 per totam, l. de hereditate 19 § fin.

UVA.BHSC

ff de Castrensi peculio ratione autem demonstrat Cons.
in dl. de hered. 19 § fin. illam nimirum, quoniam si
filij familias militis bona Castrensia statim eo deceden
te hereditas efficerentur, necesario ex hereditatis intro
ductione bona Castrensia esse desinerent et ex consequen
ti patri in cuius potestate miles extiterat penitus
adimeretur ius et facultas percipiendi vel retinen
di predicta bona Castrensia iure pristino idest iure
peculij quam facultatem si heres scriptus repudiet ipsum
patrem habere certum est ut ex precitatis legibus ma
nifeste depromitur, ut igitur hoc inconveniens tolleretur
consulto a iure constitutum est ut filio decedente bona Cas
trensia ex mortis instanti, neque hereditas, neque pe
culium iudicentur sed in pendenti, atque in incerto
existat ipsorum natura, et tantummodo imago succe
sionis interim introducatur ut ostendit Trifoninus in
dl. de hereditate 19 § fin. ff de Cast. peculio et adicio,
vel repudiatio heredis scripti ex post facto interve
niens efficiat et ostendat utrum hereditas vel pe
culium retro a morte testatoris filij bona ipsius
Castrensia iudicanda sint cum igitur pendente adi
tione, vel repudiatione neque hereditas neque pe
culium sint bona Castrensia sequitur necesario do
minium servi quod miles habuerat vere et proprie
apud hereditatem non existere et similiter certum
locum obtinent quando pater a filio milite institutus heres vel voluntatem agnouit vel repudiauit, nam si filius intestatus decessit absque vlla dubitatione dominium continuatur et parens nihil de nouo adquirere intelligitur, sed dominium quod superstite filio obtinuerat liberam administrationem consequitur iure antiquo idest iure peculij d. l. 1 et 2 l. proponebatur 9 l. 14 § 1 et 2 l. 17 § 1 l. 19 § quid autem § ff de cast. pecul. et obseruant rolati supra n. 19 et precipue Val. d. lib. 1 illust. trac. 3 cap. 3 =

Idem etiam contingit quando filius miles testum confecit et extraneum heredem instituit si forte postea institutus heres hereditatem repudiat siue proprius loquendo voluntatem non agnoscit quousque dum hereditas adeatur ab extraneo instituto bona castrensia hereditas proprie non efficiuntur, sed tantummodo imago successionis potestate legis introducitur in qua iura defuncti substineantur et conseruentur vt docet singularis tex. in d. l. de hered. 19 § quid autem § ff de cast. pecul. atque ideo si ex post facto institutus heres voluntatem non agnoscat retro creditur bona peculiaria nunquam hereditatem fuisse sed peculium semper remansisse et ad patrem iure antiquo id est iure peculij pertinuisse atque ideo ex instanti quo filius decessit continuatum dominium intelligitur ex iuris fictione et tacito postliminij iure eodem modo quo continuatum fuisset si filius neque testum ordinasset neque extraneum heredem instituisset d. l. proponebatur 9 ff l. 14 § 1 et 2 l. 19 § 5 ff de cast. pecul. l. in eo 33 ff de adquid. re. dom. l. si seruus 18 ff de stip. seruo. et eo tantum casu hereditatem et successionem proprie reperiri docent precitata iura quando extraneus a milite heres institutus iudicium ipsius agnouit et agnoscendo hereditatem adiuit quo casu successionis imago que potestate legis introducta fuit et durauit medio tempore quod intercessit ex morte filij militis usque ad instituti heredis aditionem prorsus dissoluitur a litione interueniente quoniam ex tunc altera introducitur fictio qua bona peculiaria ex morte militis hereditatem fuisse iudicantur.

22

UVA.BHSC

Et licet per aditionem heredis insti-
tuti bona castrensia in hereditatem convertantur ex d. l. pro-
ponebatur 9, l. filio 14 § 1 et 2, l. de hered. 19 § quidautem §
ff. de stip. cast. pecul. l. Ineo 33 ff. de adquid. re. do. l. si
servus 18 ff. de stip. servo nihilominus tamen non exinde se-
quitur inconveniens illud quod hereditas quae vere et proprie
in colibet pagano ex mortis instanti introducitur per adi-
tionem hereditas esse desinit et proprium heredis patrimonium
efficitur ex l. 1 ff. de separatio. l. sed si plures 10 § filio ff. de
vulg. l. per procuratorem 90 § 1 ff. de adquid. hered. et ob-
servat Ant. Fab. in iurisprud. tit. 6 pp. 5 et consequenter
videbatur dicendum ex uno eodemque facto et ex eadem met insti-
tuti heredis aditione impossibile esse quod bona peculiaria
hereditas fiant et ex eodem facto hereditas esse desinant et pro-
prium patrimonium heredis efficiantur praecipue si anima-
duertamus hereditatis personam fictam quae ex mortis instanti
in quolibet cive Romano pagano introducitur ad conservan-
da iura quae defuncti fuerunt tantummodo perseverare
usque ad hereditatis aditionem nam ex tunc altera fictio in-
troducitur per quam priori evacuata retroque sublata ins-
tans aditionis mortis instanti iungitur et dominium rerum here-
ditariarum apud heredem adeuntem retro ex mortis instanti fui-
sse creditur et nunquam hereditatem iacentem extitisse fingitur
ne aliquod medium tempus considerari possit aut admitti
in quo bona vacantia possint iudicari ex l. heres quan-
doque § 4 ff. de adquid. hered. l. omnis 138, l. omnia 193
ff. de reg. iur. et erudite aliis aductis observat Val. tomo 3
illust. trac. 1 cap. 1 n. 16 cum sequent. quoniam duplici modo
potest superior consideratio dissolvi et inconveniens quod ex ea
procedit removeri 1. nam licet verum sit ex aditionis facto ab
extraneo instituto interposito hereditatem introduci in bonis pecu-
liaribus et retro a morte filii militis bona castrensia hereditatem

UVA.BHSC

fuisse existimandum est ex d. l. 9 l. 14 § 1 cum aliis superius aduc
tis ff. de cast. pecul. hereditas tamen appellatur non facta relatio
ne ad instans illud, et statum in quo propter aditionem here
ditas esse desinit et proprium heredis patrimonium bona pecu
liaria efficiuntur, sed ad tempus medium quod intercessit ex morte
filii usque ad instans aditionis, et ut extremum hereditatis adi
tae iungi possit et trahi retro ad mortem filii testatoris ut ex
ipso mortis instanti toto medio tempore quod labitur usque ad
factum aditionis cum hereditate et herede filium militem decessi
sse asserere possimus et tempus aditionis ita mortis instanti
iungatur ut retro a morte militis heredem institutum et dominum
et heredem saltem per fictionem possimus invenire ex reg. textus
in d. l. heres quandoque § 4 ff. de adquid. hered. et ut adqui
sitiones omnes quae medio tempore a servis peculiaribus ex cau
sa stipulationis legati traditionis aut alterius cuiuslibet
contractus gestae fuerunt tanquam a servis hereditariis fac
tas existimemus et heredi postea adeunti lucro cedere di
camus ex d. l. si eo 33 ff. de adquid. re. dom. neque nobis est
in iure ut hereditas quae iam non est post aditionem peractam vel quae non
dum est quia testator adhuc vivit hereditas a consultis appelletur vel re
latione facta ad tempus quo iacens existit vel postea post mortem
testatoris extitura est ut praeter alia iura probant difficilia iu
ris cons. responsa sic necesario intelligenda in l. cum ita 16 § cum servo
§ iuncto § fin. ff. quando di. leg. ced. et in l. quaesitum 91 § simi
hi 6 ff. de lega. 1 de cor. iura vera expositione consulendus est Vol. tra.
1 Cap. 2 n. 12 et Cap. 3 n. 4, ubi plures congessit scriptores, qui varia
circa intellectum praedic. legum tradiderunt.

23 Praeterea non inelegantis
superius difficultas dissolvi, et inconveniens removeri et arguto
et ratione a simili desumpta quando scilicet dominus sed
ut proprio intestato libertatem praestat et simul instituit heredem
servi igitur proprie ex antiqua iuris regula absque libertate

UVA:BHSC

heredes instituí n valeant Cy libertate tang recte here
instituebantr, l. Cy Seruus § 1, l. cocio § Iquis sta 17 ff de
paragraphis legat. Sed si Conditione Cy fin. l. seruus 50 ff de
pered. inst, l. ex parte § 3 ff de adquid. pered. ff. inst de pered
inst. § idq; iure l. inst. qq ex Causis manum. n. licet § ser
pus inst. qui liber. tutor dari post. Compendiat v. Sa. prac. tit. 22
§ 7, et gll et Scrimgert, rancatus Cons. lib. 10 Coment. Cap. 45
pnc. Cy seguent Cua. ad tit de pered. inst Cap. 2 Con. lib. 6 Coment.
Cap. 27 et ibidg. omnes. Cit. Et l. Ant. fab. in suis ann. tit. 6
pp. 6 Villa. 12, et 3 Exquisitor. lib. 3 prac. 19 quest. 4, Thesaurus ad
decisiones sacri in. pecuniae. Cod. de necessariis heredibg. et si. Con.
gran. de Amaya. lib. 1 obser. Cap. 15 per totu. qui omnes plures
rationes assignat propter quas seruus proprius Cu Libertate
instituo valebat virgue Libertate tang a Con non poterat dec
tor tutu vigue eodem pro sacri. qui quidg de venignitate sua
dicte Constituit et ig dorg. Libertati datorie seruo proprius
titulus valere tant ubi sepra heredis institutione et
ig Libertatis prestatio Corpore heredat quia nest verisimile
eu quem heredg sibi dominus elegerit si pro termuerit de
Libertatis datione seruu remanere velisse, d l. pecuniae Cod.
de necess. hered. inst. § idq; iuris l inst. quibg Cau. manu. n. licet,
et quamuis ubq; sacri decisiong incuret Anto. fab. in suis p.
d tit. 6 pp. 6 Vlac. 2 nihilominus tang iuris regulis admodu
Conentaneu est et erudite docet et impugnatis. sontonu fabri respon
det post Osmall. supra supra citato loco D. Gama et Amaya d lib.
1 obsenua. Cap. 15 n. 7 Cy seguent.

24 Quo pp. pro supposito seruu si
licet proprius et heredg scripti et Libertate et hereditate
extito dominu Consequi Modificabitur insurgit, q regge Liberta
te nebque hereditate Consequi posse videtur n. Libertate nq ad ip
ig Consequendg necessariu est q pretius seruus ipse heres existat et
propter heredis existentig dominu testg Conformetur q. in nullo

UVA.BHSC

nullo herede existente libertas testo data competere n potest ex re
gula tex in l. si nemo 9 ff. de testament. tutela. quoniam nullo he
rede ex testo existente testator intestatus decedit ex pp. inst. de hered.
quae ab. intes. defer. rursus nullo modo possibile videtur quod servus a
domino heres inst. et eodem testo libertate donato heres effici possit
nisi prius libertatem consequatur ex d. § idem iuris princ. inst. quae ex
causis manumit. n licet l. servus 3 § si servum, l. cocies 9 § si ser
vus 17 cum sequent. l. qui filio 38 § si quis 2 ff. de hered. inst. l.
fin. cod. de necessariis hered. inst. et hanc ratiocinationem subtiliter
fulcit Anto. fab. supra cit. loco, Igitur si subtilitatem iuris ins
piciamus servitutis status impedimento est, et servus a domi
no heres institutus hereditatem consequatur antequam liber fiat et
difficultas existentiae heredis quae procedit ex servitute remoratur
et iam libertatis consecutionem, et profecto neque veritas neque li
bertas videtur posse servo proprio competere quoniam invicem sese
opponunt ut considerat Dionisius Gotofre. in notis ad legem cocies
9 § si quis ita 14 verbo et postea quam ff. de hered. inst., caeterum angus
tiis supra expensis n obstantibus, atque prioritate aut posterio
ritate insuper adita quae regulariter attendi debet ut prius ali
quis liber sit ut ex post facto heres effici possit et prius heres
in testo deveat existere quam ex ipso testo libertas competere po
sit, affirmandum est simul et eodem instanti servum proprium cum
libertate a domino heredem institutum et libertatem et hereditatem
consequi ut diserte probat cons. in d. l. cocies 9 § si quis 14
ibi de tracto verbo medio postea simul ~~eorum~~ ei libertatem et
hereditatem competere, atque ideo ~~servitute~~ servus a se ipso tan
quam herede necessario libertatem consequitur, l. ex parte 98 ff.
de adquid. hered. quam Iacob. Cuia. erudite exponit tracta
tu 8 ad Africa. in l. eius qui 41 ff. de reb. credit. et condu
cit tex in l. sed si conditioni 6 § 1 § tu de hered. inst. in qua do
cemur servo proprio herede institutus et in eodem testo manumi
sit frustra libertatem adimi in posteriore parte ipsius testamenti

UVA.BHSC

atque ideo n. obstante libertatis ademptione et libertatem con-
sequi l. 13 §1 ff de lib. et post, nam si ademptio libertatis efficax
esset sequeretur inconveniens illud ut a seipso tanquam herede
inteligeretur libertas servo adempta quod iuris regulis repugnat
ex d. l. 6 § fin. ff de hered. inst. = Igitur sicut dispositio legis
et ipsius authoritas potens est ut in eodem instanti liber et heres
servus proprius a domino institutus constituatur licet regulariter
libertas heredis existentiam et econverso heredis existentia liber-
tatem antecedere deveret ita similiter laxatis strictioribus iuris
regulis potens est ut eodem instanti et ex eodem facto quo heres a
milite institutus hereditatem agnoscit et hereditas efficiatur.
et simul propter ipsum factum aditionis hereditas esse desinat et
proprium heredis patrimonium efficiatur ut animadvertimus su-
pra n. 22 = Et notanter diximus id admitti laxatis iuris regu-
lis ut admititur hereditas in l. filius famil. 18 ff ad leg. falc. in
qua filius miles in testatus decedens codicillos fecit et patris fi-
dei commisit ut peculium castrense extraneo restitueret, quo in casu
Cons. supponit bona castrensia hereditatem n. efici ut constat ex illis
verbis sed in proposito neque hereditatem esse quamvis placeret
mihi extraneo herede instituto fieri hereditatem aditione eius
nam cum apud patrem remanet ius antiquum durat et peculium est
et licet hereditas n. fiat subiungit Cons. in §1 eiusdem legis pa-
trem cogendum esse bona peculiaria extraneo restituere et restitutio-
ne facta hereditatem efici ut patet ex illis verbis etiam trebellianum
senatus Cons. inducamus et utiles actiones exerceri possint fiat-
que hereditas post restitutionem atque ideo pater falcidiam retinere
valebit ex equitate nam supra dicta omnia de stricto iuris rigore
vix admitti valerent ut observat Val. tomo 1 illust. trac. 3 cap. 3 n.
11 et 12. =

Diximus supra n. 21 intestato decedente filio familias mi-
lite absque ulla dubitatione rerum peculiarium dominium iure pristi-
no idest peculii apud patrem remanere, atque ideo absque ullo

UVA.BHSC

impedimento dominij continuationem reperiri sed si testum confici
at et extraneum heredem scribat donec agnitio pendet aut repu
diatio hereditatis dominij continuationem cessare et hereditatis
imaginem introduci ex morte militis usque ad factum aditionis,
vel repudiationis ex sententia consulti in l. de hereditate 19 § quid
autem § ff de cast. pecul. et simul tradidimus repudiatione postea
interveniente retrofingi bona peculiaria ex morte filij per conti
nuationem dominij ad patrem iure peculij devoluta fuisse ex d. § 5
iuncta l. si eo 23 cum alijs superius adductis ff de adquid. rerum dom.
quae quidem doctrina licet pluribus iuris cons. responsis comprovetur
si subtilitatem iuris inspiciamus difficilima profecto est, et quoniam
huius doctrinae et rationis qua nititur vera investigatio et resolutio
non facile apud aliquem scriptorem reperietur ut promissis satisfaciam
et vobis (auditores clarissimi) gratias referam licet ab instituto nostro
parumper digrediamur sciendum est, quod licet regulariter quolibet ci
ve Romano pagano decedente sive testofacto sive ab intestato here
ditatis persona ficta necessitate cogente introducatur, quae in univer
sum ius defuncti succedat et iura hereditaria tanquam domina substi
neat ne vacantia et cuilibet occupanti exposita relinquantur ex l. he
reditas 61 ff de adquid. re. dom. l. nihil est aliud 24 ff de verb. sig.
l. hereditas 62 ff de reg. iuris cum alijs pluribus quas cumulat et eru
dite exponit Val. tomo 3 illust. trac. 1 cap. 1 n. 6 cum sequent. in filio fa
milias milite aliter contingit nam si decedit intestatus neque hereditas
introducitur neque successio datur sed per continuationem dominij pater
bona peculiaria iure pristino et antiquo id est iure peculij reti
net, l. 1 et 2 l. proponebatur 9, l. pater 17 in pp., l. de hered. 19 § pa
ter 3 cum sequent. ff de cast. pecul. et docet Val. tomo 1 illust. trac. 3 cap.
3 n. 6 — Ceterum si testum faciat et extraneum heredem instituat dum delibe
rat heres scriptus neque hereditas introducitur bonorum castrensium
neque iure peculij ad patrem possunt pertinere, nam si iure pecu
lij statim a morte filij ad patrem devolverentur sequeretur necessario
quod si postea heres institutus hereditatem agnosceret talis hereditas

UVA.BHSC

diceretur a patre ad heredem transire, quod absurdum est ut docet Cons. in d. l. de hered. 19 § pat. quid autem § ff. de cast. pecul. ubi simul docet medio illo tempore imaginem successionis introduci quidem 3.m genus universitatis est, quod potestate legis perfictionem introducitur indiferens ad hereditatem vel peculium, cum aliqua tamen dissimilitudine quoniam ut infra sequenti docebimus successionis imago facilius et proprius ad hereditatem quam ad peculium inclinat introducta igitur fuit ut medio tempore bona peculiaria substinerentur integra que conservarentur et ne vacantia cuilibet que occupanti relinquerentur exposita, et necesario quidem hec fictio admissa fuit, nam medio tempore quo institutus deliberat ius patris quod pendet impedit hereditatis introductionem et propterea et facultatem adeundi quam habet heres institutus bona peculiaria peculium dici non possunt, sed aditione postea subsequta successionis imago excluditur et retro a morte militis bona hereditaria illico fuisse censentur, at vero si repudiaverit heres similiter removetur successionis imago et saltem equitate admissa peculiaria bona ex morte militis ad patrem iure pristino pertinuisse iudicantur eodem modo quo expectarent si filius testum non confecisset, l. eo tempore 88 cum aliis superius adductis ff. de adquid. re. dom. et observant Cuia. lib. 27 quest. Pap. in l. si servus 18 de sti. p. servo et in l. filio 14 ff. de cast. pecul. Anto. fab. in iuris. prudentit. 11 pp. 6 illac. 12 et 17 Val. tomo 1 trac. 3 cap. 3 n. 6.

Dum igitur

26 institutus heres deliberat introducitur successionis imago quae indiferens est ad hereditatem et peculium sed cum aliqua dissimilitudine nam successionis imago proprius ad hereditatem quam ad peculium devolvitur et si disparitatis rationem consequi velimus ex eo profecto proficiscitur, quia in imagine successionis qualis qualis consideratur successio, hereditas autem successio est, et ita difinitur l. hereditas 62 ff. de regiuris, l. nihil est aliud 24 de verbo. sig. atque ideo successionis imago facile, et absque ullo impedimento

UVA.BHSC

in veram successionem quae ipsa quidem hereditas est convertitur et transfunditur unde fluit legatum servo peculiari relictum quod medio tempore quo heres scriptus deliberat cedit, item commodum stipulationis a servo peculiari medio illo tempore conceptae agnita postea hereditate heredi scripto absque ullo impedimento et strictioribus iuris regulis animadversis adquiri quia servum hereditarium successionis imagine repulsa retro fingi certum est atque ideo adquisitiones ex qualibet causa provenientes heredi postea adeunti statim obveniunt l. sic 33 ff de adquid. re. dom. et docet Pap. subtilitatis in hac parte defensor in l. filio 14 § 1 et subscribit Trifoninus in l. de hered. 19 § quid autem 5 ff de cast. pecul. — Dissimilis prorsus militat ratio quando scriptus heres hereditatem repudiat et propter repudiationem ad patrem iure pristino bona peculiaria devoluuntur quo casu si iuris subtilitatem et strictam rationem inspiciamus verum quidem est successionis imaginem nequaquam posse in peculium converti quin potius inter successionem et peculium repugnantia est, nam peculiaria bona quando filius intestatus decedit ad patrem spectant non successionis, aut hereditatis titulo, sed iure pristino idest peculii ut probant iura adducta supra n. 21 et praecipue elegans tex. in l. 1 § si his qui bona 22 ff de collac. bonorum.

27 Unde necessario proficiscitur quod cum imago successionis qualem qualem successionem contineat ut ex ipsa appellatione satis aperte dignoscitur et haec successio commodocunque consideretur in peculio ut peculium est non possit admitti siquidem fieri nequit ut bona castrensia ~~et p~~ et peculii et hereditatis iure post mortem filii simul censeantur ut subtiliter docet Anto. fab. in iuris pru. tit. 11 pp. 6 illac. 17 columna 3 necessario sequitur quod talis successionis imago non potest in peculium converti atque ideo sola successionis introductio adeo potens est quod licet postea heres scriptus repudiet sufficiens tamen sit ut patris dominium quod iure pristino propter repudiationem ad ipsum devoluitur medio tempore fuerit interruptum ita ut certum sit medio tempore rerum peculiarium dominum non fuisse veritate inspecta

UVA.BHSC

st dicere debeat Pap. in l. l. fil. 14 § 1 vbi Cy in illo tempore non fe
rit seruus patris ff. de cast. pecul. et id demonstrant Cor. in
l. proprie Sator q vers. qq premitur et tenet de hered. 14 § quid
autq § ibi eo tempore datq quo in futuri dominij patris iun
cta l. fin ff. eod. tit. et Consequenter adquisitiones ex causa
legati stipulationis aut cuius libet Contractus medio tempo.
per seruum peculiarem gestq patri deinde repperiunt retin
ctq iuris para. in precamur qua tempore quo gesta fuerunt
pater dominus erat vt aperte docent texten. l. 17 § 1 et l. in
l. 1795 ff. de cast. pecul. sed paterna verecundia Considerata
et verignitate admisa hereditate repudiante imago succes
sionis de medio tollitur et penitus euacuatur et bona Actiua a
morte filij ad patrq iure peculij deducta Censentur eo mo
do ac si medio tempore successionis imago introducta fuisset
et adquisitiones a seruo medio tempore factq ipsi patri ac
quirunt et iuxta hanc distinctionq Constituta et adminiq iuxta
strictq iuris et equitatq exponendus et Concludendum est Papin
dict. l. 17 § 1 vbi sed paterna verecundia mouet et propinqui
tas indq § ibi fauoraq iudicq tanq tertia ff. de cast. pecul. Cyn.
fin. ff. eod. tit. et Cyn. in l. 33 in pp. ff. de adquid. re. dom. et
Corpus. tradita a Cuia. fol. 11 quest. Pap. in d. l. 14 et eod. libro
in l. 1 seruus 60 ff. de stip. seruo. Ponto. fol. in iuris prud. tit. 11 pp.
6 illae. 12 et 17, Val. tom. 1 trac. 3 cap. 3 nq et 7.

8

Ex qq iq quar
mam ducimur ad difficilq decisionq et vere expositionq Papi
iurisc. Cor. in d. l. in. 33 § 1 ff. de adquid. re. dom. portaq erq
in pp. regis definunt legata relicta seruis peculiaribus igitur
adquisitiones absq eo factas medio tempore quo institutus here
deliberat equalit. adminiquit vel hereditas portea aggregat
hereditatq vel parenti ei. portea repudiatio interueniat sicun
get questionq in qi quid dicendq sit si medio tempore res pecu
liares subtractq fuerant q furti actio competere possit heredi

UVA.BHSC

postea adeunti, vel parenti qui iure peculij bona occupat heredi
de repudiante, et licet in prioribus verbis d. §1 supponere via
tr eadem distinctione quam in pp. legis proposuerat quaestionem
difiniendam esse ut constat ex illis verbis eadem distinctione quis
utetur etiam si res fuerit subtracta aut cesare aut non furti actionem
et consequenter asseverandum esse equaliter heredi adeunti, vel
parenti propter repudiationem bona peculiaria retinenti aut
actionem furti indulgendam aut utrumque pariter denegandam sed
ut quaestionem dissolvat sequentia et difficilia sane verba sub
nectit si ex testo adiecit quoniam hereditati furtum non fit
aut si non adiecit patri dabitur furti actio nam et conditio
ex quasi sumptis et ponderatis praecedentibus facile depromitur
in priori casu quando scilicet extraneus heres hereditatem
agnovit nullo modo furti actionem post aditam hereditatem
ipsi competere in 2° vero quando ad patrem bona peculia
ria iure pristino devolvuntur furti actionem aut conditionem
praestari atque hunc esse verum intellectum d. §1 existimat Anto.
fab. licet simul verba illa aut non expungenda esse arbitretur
in iurispru. tit. pp. 6 illa 17 et praeter tantiviri authoritatem
haec distinctio inter primum casum et secundum confirmatur ex ratione
quam assignavit Ulp. ipse in d. §1 nam ut in priori furti actionem
excludat illam reddidit quod hereditati furtum non fit quod principium
probatur ex l. si servus legatus 40 ff. de noxalib. actio l. here
ditariae 68 cum duabus sequent. ff. de furtis, l. 1 § scaevola 15 ff.
si his qui testo. liber. esse ius. fue. l. 1 et toto titulo ff. de crimi
ne expilatae hered. plura affert et rationem prosequitur Val. tom.
3 illust. sub titulo de adquid. hered. cap. 2 n. 19 cum sequent.
cum igitur hereditati iacenti furtum non fiat consequens est neque
heredi postea adeunti furti actionem competere posse licet vin
dicationem et ad exhibendum actionem item et extraordinariam expi
latae hered. accusationem possit exercere d. l. si servus 40 ff. de
noxalib. actio d. l. 1 § scaevola 15 et § praeter hanc 17 ff. si his

UVA.BHSC

que testo l. divus 3 ff de crimine expilatæ hered.

29 Qua doctrina et resolutione præsupposita impugnatur vlp. sententia sequenti consideratione in pp. legis generalem regulam constituit ex sententia Marcelli et sequelæ equaliter actionem ex causa legati vel stipulationis adquiri per servos peculiares vel heredi instituto postea adeunti l. parenti qui iure pristino retinet interveniente repudiatione et ex prædicta regula quasi per extensionem resolutionem infert quatenus ad adquisitionem actionis furti igitur si dicerem et ratio legitime ab vlpiano formaretur necessario videbatur dicendum pariter aut heredi adeunti et parenti iure peculii bona peculiaria retinenti actionem furti competere aut utrique pari formiter denegari sed patri conceditur et heredi adeunti non præstatur igitur minus apte ratione deducit Cons. et sibi ipsi aliquatenus contrarius existit aut aliqua specialis disparitatis ratio inter utrunque casum constituenda est et quæ ex ipsius tex. littera comprovari possit.

30 Nullam igitur aliam disparitatis rationem reperiri posse existimo nisi repetamus illam quam superius tradidimus nempe quando heres extraneus militis voluntatem agnovit nam hoc casu ut animadvertimus supra n. 26 imago successionis quæ medio tempore potestate legis introducitur aditione interveniente in veram successionem veram quæ hereditatem convertitur et aditio heredis instituti illud efficit ut ex morte militis bona peculiaria retro hereditatem fuisse existimandum sit ex l. filius 18 ff ad leg. falc. d. l. in eo 83 in pp. ff de adquid. re. dom. l. proponebatur 9 l. filio 1481 l. de hered. 1989 ff de cast. pecul. atque ideo medio illo tempore hereditatem extitisse iacentem retro fingitur cum autem eo tempore res subtractæ supponantur et hereditati iacenti furtum fieri non possit ex per iuribus relatis n. præcedenti ex eo acta iuris ratione sequitur neque heredi postea adeunti furti actionem competere posse nam ille tantummodo actiones possunt per mediam

UVA.BHSC

hereditatis personæ fœtæ in hereditate transmittendi quæ post hereditatem adquisitam potuerunt d. l. 1 versus 20 ff. de noxalibus. actio. l. prima § regula 15 et § præterea 17 ff. de his qui sunt sui vel alieni juris. liber esse iussus erit, v. dicimus § ff. de crimine expil. hereditatis. hereditatis autem illæ actiones solum modo possunt adquiri ingenuæ factæ personæ mortuæ existentis aut operæ substantiam in desideratæ quoniam in personæ factæ requiritur hereditas quæ fœtæ persona non est adquirere non potest. Cui animo et corpore naturaliter constat, et consequentes actiones quæ factæ desiderant adquirere non potest. ut hereditas. Gl. in § pen. iuncto Gl. ff. de adquirendo dom. l. vivus fructus 26 ff. de usufr. versus. l. utrum per arrogationem 19 ff. de usucap. observant Dom. Lio. 6 Comment. Cap. 2 et Gilg. ibi. ad tit. ff. Ant. Fab. lib. 19 Conjec. Cap. 16, et alij quos laudat Valasco 3 tract. 1 Cap. 2 ex n. 1 Cui sequenti, in actione utili furti ut possit ex contractatione rei proficisci inter alia illud desideratur requisitum § Contrectatio iuncto domino fiat ex l. inter omnes 46 § recte dicitur ff. quibus 48 § qui ex voluntate 2 Cui § sequenti, l. qui re 76 ff. de furt. § furtum 1 iuncto § furtum autem 6 et § placuit 7 inst. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. iacente autem hereditate nullius dominium est adversus cuius voluntatem contrectatio fieri possit ut furtum committatur, et ex post facto furti actio competere possit hanc rem, et alias quæ extra ordinem curator exponit, et prosequitur Valasc. Cap. 2 ex n. 19 Cui sequenti. Sed hæc omnia procedunt quando heres instituitur hereditatem agnoscendo quo casu bona peculiaria in hereditate concurrunt dubium non est ut supra latius exposuimus. Cæterum quando hereditatem repudiat bona peculiaria apud eam remanent non hereditatis aut successionis jure, sed per continuationem dominij ut monuimus, supra in 27 et repudiatione intervenente successionis imago penitus removetur non peculium nulla successionis imago potest admitti atque deo ejicere repulsa retro creditur pannus rem peculiarem existentem qui filius decessit dominum extitisse per continuationem et sine ullo et nullo tempore in successione aut in imagine successionis talia

UVA.BHSC

bona considerari valere nunquamque dominium patris interrupto
tum fuisse, sed vivente filio dominum extitisse licet sine adminis
tratione ex instanti autem mortis dominium cum libera adminis
tratione per continuationem ad eum expectasse qua retrofictione
admissa, medio tempore quo institutus deliberabat et quo res
peculiares subtractae fuerunt pater dominus erat, et consequen
ter persona realiter existens, verusque dominus contrectatio
nis tempore repertus fuit adversus cuius voluntatem contrec
tatio commissa fuit et ex ea furtum resultat et furti actio potuit
proficisci et parenti competere, ut docet Ulp. in d. l. 33 § 1 ff
de adquid. re. dom.

31 Et nostra coniectatio et expositio praeter quam quod ex
ppis supra traditis iuris regulis convenire satis aperte demonstra
tur comprovari potest ex verbis et sententia ipsius Ulp. in d. l. 33 in eo
§ 1 ff de adquid. re. dom. ad cuius perfectiorem expositionem et ne secum
pugnare videatur quatenus in pp. legis aequale ius constituit inter
extraneum adeuntem, et patrem iure peculii bona peculiaria retin
entem ut per servos peculiares aequaliter ex causa legati aut stipu
lationis adquirant in § autem 1 diversum ius inter eos constituit et do
cet patrem furti actionem habere heredi autem competere non posse si me
dio tempore res peculiares subtractae fuerunt, cum tamen quasi per illa
tionem secundae quaestionis resolutionem ex priori proveniri docuerit
in illis verbis eadem distentione quis vetr vreuitur sententia lex enucle
anda est = In pp. igitur regulam generalem constituit quatenus ad
adquisitiones expectat quae ex causa legati stipulationis aut alte
rius cuiuslibet stipulationis adquisitionis provenire possunt in quibus
tantum versatur et nullum factum personae desideratur ut tales adqui
sitiones perficiantur et in illis aequale ius versari profitetur in he
rede extraneo hereditatem adeunte et in parente qui propter re
pudiationem bona peculiaria iuri pristino retinet quam partem
explicuimus supra numeris praecedentibus. = Pergit praete
rea inveniens finalibus pp. d. legis et quaestionem subiungit circa

UVA.BHSC

adquisitione usus fructus per seruum peculiarem factum medio tem
pore quo institutus deliberabat et sequentibus verbis dubiis profec
to et difficilibus absoluit et si usus fructus fuerit cui seruo relictus
modo patri fideli delegatum modo heredi neque a persona in
personam creditur transire creditur transire et licet in verbis pre
fatis nihil expresse decernat neque paritatem aut disparitatem
inter heredem et patrem constituendam esse profiteatur certum tamen est in
ter utrumque quatenus ad cessionem et delationem usus fructus et ipsius ad
quisitionem expectat insignem differentiam versari quae quidem proficis
citur ex dissimilitudine quae reperitur inter legata regularia et
in quibus ius versatur nullumque factum personae desideratur ut deferantur
et adquiri possint et inter legatum usus fructus legata nanque regu
laritur a morte testatoris cedunt et deferuntur et saltem dominio re
uocabile legatario adquiruntur si pure aut in diem certum re
linquantur l. si post diem 5 in principio et § itaque 1. et §
sed si 3 l. nec semel 12 § idem Celsus 3 ff. quando legatorum cedat
l. legatum 80 ff. de lega. 2 l. a titio 61 de furtis legatum autem usus
fructus non a morte testatoris cedit sed ab adita hereditate l. si pure
2 l. 3 l. si usus fructus 14 in pp. et § 1 l. cum ita legatum 16 § 1 ff. quando
dies leg. cedat l. unica § dies autem ff. quando dies usus fructus legati
cedat l. si seruo 18 qq. modis usus f. amittatur l. unica § in nouissimo
Cod. de cad. tolle l. usus fructus 26 ff. de stip. seruo l. hereditas 61 § 1 ff.
de adq. re. dom. ex quibus legibus facile depromitur non solum desideraria
ditionem hereditatis testatoris illius qui usum fructum legauit verum et
iam desiderari aditionem hereditatis illius in qua ser
uus reperitur si forte seruo hereditario us
us fructus legetur et ratio et ratio
disparitatis ex eo depromitur nam si cessio et delatio usus fructus le
gati non suspenderetur inutile prorsus rederetur quia hereditati per
seruum hereditarium usus fructus non potest adquiri ex d. l. hereditas
61 § usus fructus ff. de adquid. re. dom. l. usus fructus 26 ff. de
stip. seruo l. si seruo hereditario 18 ff. qq. modis usus fructus amit

UVA.BHSC

tr dt. vnica ff. dies autē ff. quando dies vsus fructus legat. cedit quoniā vsus fructus cū intendo et fruendo idem in facto pers
ng realit existentis quā vtit et fruit constat ex dt. vnica ff.
et autē hereditas persona n habeat realit existentē quā vtendo
de fruendo apparet dt hereditas ff. vsus fructus ff. ad
quē. re. dom. legatj necessariō suspendit vsque ad adit.
ng hereditatis et tunc cedit et deferr et heredi adquirit
vt proxime pcitata iura et observant Vol. tomo 3 illust.
trac. 1 Cap. 2 n 12 licet legata in ng cū versat de stipulatō
nes et actiones omnes exquibuscunq contractu prouenientes vel de
licto per seruos vel res hereditarias iacentē et per hereditatē here
di futuro possint adquiri. Fertur seruus ff. de reg. cred. l. liber
homo 13 ff. si seruus hereditarius cū duabus legibus sequentibus ff. ad leg.
falcid. l. legata 110 ff. seruo hereditario ff. de lega. 1, l. titio §§ ff.
ff. de lega. 2 et observant Cuia. in expos. ad legē et antiq. in paru.
tit. ff. pp. ff. illa. 3.

Exqua facile deprehendit exposito ad Vlpia
32 dt. in. 33 in fine pp. ff. de adquir. re. dom. in illis verbis et si vsus
fructus fuerit heres seruo relictus modo potest videri delatus ng
extraneus heres hereditatē agnouerit cū ex die mortis testatoris
ipso hereditas introducta retro iudicatur medio tempore vsque ad
aditionē seruus hereditarius extitit atque ideo nullomodo cedere aut deferri potuit legatus vsus fructus heredi vsque ad diē
quo hereditatē agnouit. Quia seruus ille est pars hereditarius heredi
tatis iacentis vsq fructus adquirere n. potuit ex legibus relatis n.
precedenti, tatē autē a tempore aditionis vsus fructus heredi de
ferr et actio ad consequendū adquirit, q ig dominus seruū et
persona realit existens post aditionē reperitur quā vtis fruit possit
iuxta reg. lex in l. vnica ff. dies autē cū similibus. Superest adue
tit ff. quando dies vsus fructus legat cedit — impatet autē aliud
ius obseruatur nā si heres extraneus repudiauerit et propter repudi
ationē poterit iure prætorio bona peculiaria retinuerit seruus pec

UVA.BHSC

...

Cárú nunqᵍ hereditarius fuíse creditᵗ sed semper in domínio patrís per continuatoꝝ, et quasi portiúncú cuiusdᵍ símulatídine remansísse vt præter alia aura superuus expensa docet Cons. int. de hered.ᵗᵃ 19 q. quód autẽ q ffil de cast. pecul. atq; ídeo usus fructus ꝙ seruo legatus stat ꝙ ab adítione hereditatis testatorís illi as quósvis fructꝰ legauit Cgit et patri delatus fuit, quoníã dominꝰ semper a morte filíj intelligitᵗ seruú peculiárẽ ebat, perinde realitᵉ existens reperta sit, nullꝰ que considerari possit in quem eius quomódocúq; fructus cadere et deferri potuerit Cg effectu Cgit et fuit delatus, atq; ita expedita Cons. Vlpiani sententiã in 2ª. parte qua proponit verbú finalisq. principaliꝰ dicens ꝫ recte infert Vlpia ingl eandq; distinctionẽ admittendq esse quatenus ad adquisitoꝝ actionú furti, ita sicut usus fructus per seruꝰ hereditarius hereditati adquiri nr potest ita símiliter qui furti actiõ hereditati iacenti potest adquiri et consequenti ad heredẽ postea aduentꝰ nr transferr — et sicut usus fructus patri per seruꝰ peculiarꝰ potest adire et deferri ita símiliter actiõ furti patri adquiri potest ín medio tempore quo institutus de cujus re hereditariꝰ subtractꝰ fuerint, vt explicauimus supra nr 30 =

Qr 33

Cum 19 demonstrandú sit decedente filio minore diminutionẽ dominij peculiaris legis ꝫ hoc ꝙ defilio ad patrẽ, licet decedente patre ꝙ ad eandem diminutionẽ dominij sit de patre quæstio, atq; ídeq; specialissime ꝫ pecunia castrens Septim, q. parens adhuc existente filio, ita dominꝰ ẽ rerꝰ peculiarium vt de eis disponere possit, etiã ín ijs dispositionꝰ speciebꝰ ꝫ qꝫ plenum dominij arbitriú desiderat, vt subsistere possit tempꝰ ín quo non possit amittí ꝫ qua bona vacantia sibi adquirere ꝫ suspensa teneat, donec existentꝰ inutilis ꝫ vtilis a principio retro fuisse dignoscat, Quæ cũ pater superstite filio Qno sit subsecuta quasi Cessione et disiunctiõe dixerat Cgit. de hereditate Ig D. cæter. 3. cujus addictꝰ nr 19 ff. de castrens pecul.

UVA.BHSC

Si filius non disponat aut dispositio effectum non sortiatur, patris dispositio retro a principio subsistit, et effectum habet, veluti si servum peculiarem per vindicationem legaverit, vel directam libertatem servo testamento scripserit, vel solutionis causa servum creditori tradiderit l. servum filij 44 ff de leg. 1 - l. quires 92 §. rem autem 3. ff de solut. l. proponebatur 9 l. de hereditate 19 §. 3. cum seqq. ff de castrensi peculio et alia plura in confirmationem huius certissime regulae numeris seqq. tradidimus ex qq. satis aperte cognoscitur fortius et potentius ius habere patrem in bonis peculiaribus donec filius superstes est, quam habet filius in bonis paternis donec pater in rebus humanis existit, nullibi enim in iure reperies filium familias absque patris consensu eo superstite de bonis parentis disponere posse, ita ut vel dispositio a principio subsistat vel saltem suspendi possit ut postea effectum sortiatur, licet suus heres existat illud tantummodo filius habere intelligitur ut quodammodo dominus vivente patre iudicetur in l. in suis 11. de liberis et postumis pater vero dominium verum habet licet administratio suspensa sit donec filius vivit, quia disponere potest et dispositio non in utilis sed suspenditur usque quo filius decedat =

34 Rursus quod pater in bonis peculiaribus potentius ius habeat quam filius in bonis paternis ex ea non levi sed fortasse nova consideratione manifestum efficitur quoniam si filius testamentum faciat et extraneum heredem instituat, et patre superstite filius decedat, et deinde pater deliberante herede instituto diem functus sit, et postea post mortem patris heres

UVA.BHSC

institutus repudiet licet donec pater vixerit
locum non obtinuerit, ut bona castrensia iure
peculij pertinerent, sed imagine successionis bona
peculiaria extiterint propter spem heredis
instituti ut considerat Hisoninus in d. l. de here
ditate 19 §. quia autem 5 ff de castrensi peculio
nihilominus tamen si scriptus heres post mortem
patris bona peculiaria repudiauerit retro a
morte filij peculium patris bonis accesisse et bo
na ipsius patris per repudiationem aucta
fuisse certum est quia non est nobis ut ex
post facto aliquis successorem habere videatur
ut subtiliter ratiocinatur Ulpianus in l. pro
ponebatur 9 ff de castrensi peculio et comprobat
exemplo filij familias cuius pater fuit captus
ab hostibus qui si captiuo patre superstite
decedat, et postea pater apud hostes
moriatur filius quasi pater familias ha
bebit heredem et successorem ut comprouat
textus in l. penult. ff de statu ~~hominum~~ legit. ~~unde~~
~~[illegible]~~ et obseruat Cuiac. lib. 66 ff Julian. in l. pen. ff
de stat. hom. unde apparet patrem decedentem antequam heres institutus a filio repudiet
ad heredem suum transmittere ius ut bona peculiaria consequatur =
sed filio autem in potestate constituto aliud ius obseruatur quoniam
si parens ipsum exheredem fecerit et extraneum heredem instituerit, pater
que superstite filio decesserit et postmodum filius deliberante here
de instituto moriatur licet post mortem filij hereditatem repudiet here
ditas paterna ad filium aut eius heredes non deuoluitur, neque ius ali
quod filius exheredatus ad eos transmittit sed illi ad hereditatem ad
mittuntur qui proximiorem gradum vel suitatis vel agnationis ob
tinent tempore repudiationis nam tunc certum esse cepit defunctum in
testatum decessisse ut prouant diserta iura in l. si quis postumus 9 §

UVA.BHSC

p. plur. 2 ff. de lib. et post. l. 6 § secundo ff. de test. et leg. l. 6. scripto § fin. de adem. l. ex his quis filio 6 vers. plane ff. de injust. rupt. § 4 autē quæritur inst. de hered. qui ab. intes. deferunt. § proximus inst. de legit. agnat. succ. et Sovernant. arg. text. ibi or. Fran. Duar. ad tit. ff. de adquir. hered. Cap. § Colum. § et pulch. in § ita demum 3 n. 43 inst. de hered. qui ab intes. defer.

Sed autē rang

37 inquiramus propter quæ filius qui ante repudiationē extranei heredis institutis decessit hereditatē paternā ad successores et heredes suos n. transmittat exeo præsecto profectō, quoniam patris hereditas nunquā fuit tali filio delata, vt manifeste docent Cons. in dict. quis filio 6 vers. plane in fin. vers. ab intestato vero non succedit cum antea alij nec delata hereditas, non fuisse autē filio delata hereditatē apparet quia deliberante instituto decessit ff. de inoff. testam. et in dict. l. § secundo ibi, quoniam nec delata est filio hereditas ff. de suis et legit. et Sovernant Franc. Duar. ad tit. ff. de adquir. hered. Cap. § Colum. § et amplectitur Pulch. in § ita demum n. 43 inst. de hered. qui ab intestato deferunt, licet enim proprietate inspecta filio herede existente neque hereditas introducatur, neque delata hereditatis fiat, sed per dominij confirmationē postea tali legis existenti quo pater decedit hæres existat ex potentia suitatis vt tradidimus supra n. 14 et docent recentiores communiter in § in fin. 11 ff. de lib. et post. et exscripsere Corras. lib. 3 miscel. Cap. 16 n. 6, Sorea, dialogo 36 n. 2, Petrus Greg. lib. 42 syntag. Cap. 39 n. 22 Cona. lib. 1 Coment. Cap. 2 n. 1 de. ma. lib. 9 observa. Cap. 10 Tiraqu. in præfatione legis 11 n. vnqua. ad de revocandis donatio. n. 21. Anto. Fauer. in rationa. tit. 2 lib. 2 Mac. 3, impropriè tamen legendo n. deferri filio hereditatē duj extranei hæres institutus deliberat in prædictis legibus. Consulta profitentur regulæ tenuisse hereditatē paternā n. pervenire ad eos statu in quo filius

UVA.BHSC

suus heres existere posset et se immiscere vel abstinere ex
beneficio iuris praetorij iuxta decisionem tex. in l. necessarij 197
ff. de adquid. hered. propterea q. filio decedente adhuc pen
debat ~~institutio~~ additio vel ~~exheredatio~~ repudiatio extranei here
dis instituti atque ideo nunquam potuit filius ingredi
ad ius successionis et consequenter neque ad heredes potuit
aliquod ius successionis transmittere = Pater autem cum
iure successionis aut hereditatis bona peculiaria retineat
sed iure pristino idest peculij iure ut supra latius expo
suimus licet deliberante herede a filio milite instituto de
cedat si postea tamen repudiet quasi post liminij cuius
dam similitudine successionis imagine repulsa retro
a morte filij castrensium bonorum parens dominus extiti
sse creditur d. l. proponebatur 9, d. l. de hereditate 19 § quid
autem 5 ff. de cast. pecul. atque ideo dominium q. parens
potestate legis antequam decederet habuisse retro fingitur
absque ullo impedimento ad heredes suos transmittit iux
ta decisionem tex. in d. l. proponebatur 9 ff. de cast. pecul. et
hanc esse veram disparitatis rationem existimo propter quam pa
ter ius peculij potest ad heredes transmittere licet ante
repudiationem heredis instituti decedat filius autem pater
nam hereditatem non possit ad suos heredes transmittere, nam
in priori casu neque hereditas est neque successio, atque
ideo neque proprie neque improprie delata fuisse desi
deratur ut transmissioni locus fiat sed tantummodo requi
ritur quod repudiatio interveniat et haec sufficit ut retro a morte
filij parens dominium castrensium bonorum habuisse intelligatur
ex instanti quo filius decessit et ut tale dominium adquisi
tum iam possit ad heredes transmittere in posteriori vero casu sal
tem improprie hereditatis delatio requiritur, ut filius ex
heredatus ius aliquod ad hereditatem adquirat, quod ius ad her
edes transmittere possit, cum ergo neque improprie delata dici possit

UVA.BHSC

dum extraneus heres deliberat ex dl. si quis filio 6 vers. pla
ne ff de iniust. rup. dl. 1. § sciendum ff de suis et legit. non
omnium q. filius nihil ad heredes transmittat et consequen
tr iam dubitare n possumus potentius ius habere patrem
in bonis peculiaribus donec filius vivit quam habet filius
in bonis paternis donec parens superstes est.

Ex qq omnibus

36 adversus sentiam doctissimi Valentiae necesario iam sentia Cons.
in dl. intercetera 30 ff de lib. et post. exponenda est docet enim
et suponit praecitatus vir ut animadvertimus supra n. 15
etiam seclusa aliqua speciali lege, aut constitutione quae
filiorum iam natorum et in potestate parentum existentium institu
tionem aut exheredationem requireret ipsam coniunctionem
personarum et suitatis ius et continuationem dominii quae
potestate legis de persona patris ad personam filii fuit in
troducta sufficiens fundamentum esse ut paternum testum ru
mperetur nam si n. interveniat exheredatio continuatio do
minii impediri n posset, atque ideo concurrentibus ad he
reditatem filio praeterito et extraneo herede instituto for
cius ius esset suitatis, et continuationis dominii quam ius
institutionis quo extraneus heres sufultus hereditatem
consequi desiderat propterea, q ius filii iure naturali fir
matur ius autem heredis instituti rane tantum civili subni
titur, atque ideo filium in causa successionis vincere et extra
neum excludere, et excludendo testum rumpere = Quae qui
dem doctrina praeter ranes quas diserendi causa expen
dimus supra ex n 16 cum sequent. sequenti consideratione
difficilis reditur sicut de patre ad filium continuatio domi
nii propter suitatem potestate legis fuit introducta ex
l. in suis 11 ff de lib. et post. ita similiter de filio ad pa
trem bonorum castrensium dominium potestate legis continuatio
fit ex l. 2 cum pluribus aliis superius adductis ff de cast.

UVA.BHSC

pecul et potentius ius habet parens in bonis filij donec fi
lius superstes est quam habet filius in bonis paternis don
ec pater viuit et coniunctio personarum equalis est, et quo
relatiua inter vtrumque, sed neque coniunctio personarum
neque dominij continuatio sufficiens est vt filij testum vel
nullum sit a pp.o vel rumpatur postea licet parentem silentio
pretermittat, sed testum subsistit et heres extraneus ad heredi
tatem admittitur vt late et erudite prouant Con. lib. 19 Coment.
Cap. 4 et ibidem Osual. qui plura congessit litt.a M. et S. igi
tur sola personarum coniunctio et suitatis ius ex ea proueniens
et continuatio dominij quae ex vtroque capite potestate legis
fuit introducta non sufficit vt testum patris rumperetur secundum
particulari lege aut constitutione quae parentibus necessi
tatem imponeret quod nominatim filios instituerent vel nomina
tim exheredes facerent atque ideo dubitandum non est, ipsa lege
testamentorum quae solemnitates ad ipsorum perfectam confectionem
praescripsit postquam extrinsecas solemnitates de numero testium
et alijs huiusmodi constituit hanc etiam filiorum instituendo
rum aut nominatim exheredandorum adiecisse vt non obscure co
ligitur ex subtili Papiniani responso relato in l. 1 ff. de iniust.
rup. de cuius expositione latius inferius agemus et obseruat
Qua. ad nostrum tit. de lib. et post. Cap. 3 in fine et confirm
ant scriptores laudati supra n. 14.

37 His igitur rationibus motus
vt veriorem amplector sententiam Emanuelis Costae qui plures congessit
in explicat. legis Galus 29 § quid si tantum 3 parte n. 35 cum secu
entiff. de lib. et post. Anto. Fabrij lib. 9 coniec. Cap. 7, quos laudat
Pich. ad tit. de lib. et post. in praeludijs Cap. 2 n. 32 et in pp.o inst.
de exhered. lib. n. 32 quatenus affirmant Gaium iuris cons. in d. l. in
ter caetera 30 in pp.o ibi de liberis heredibus inst. vel exheredan
dis non de filijs natis et in potestate patris constitutis sed de pos
tumis intelligendum esse = Qua expositione admissa facile et

UVA.BHSC

et proprie accipiuntur, et intelliguntur posteriora verba illa ne
preteritis istis rumpatur testum, nam postumo preterito si pos
tea nascatur testum quod appellatio substiterat nativitate rumpi
certum est si autem de filiis iam natis cons. acciperetur prefata
verba cum proprietate intelligi aut explicari non possent nam
filio preterito testum appellatio nullum esse ipse cons. in verbis finalibus
d. legis profitetur et consequenter rumpi non posset ut latius
probavimus supra n. 16 cum sequent. = Neque adversus
hanc interpretationem aliquid faciunt arguta et rationes
quas erudite et subtiliter considerat Val. et nos retulimus
supra n. 11 cum sequenti licet enim parum animadverse ma
gni ponderis esse videantur diligenter tamen perpense adver
sus antecessoris nostri sententiam retorquentur ut igitur comprehen
dantur et cons. sententia clarius et novitur forsan elucescat vrei
ter repetendae et dissolvendae sunt.

Prima igitur, et 2 ratio quas
38 considerat Val. et in quibus tota fere vis et auctoritas suae sententiae con
tinetur sequenti clauduntur argumento, cons. Gaius docet inter cae
tera quae ad ordinanda testa necessario desiderantur ius id
est solemnitatem et quidem principalem esse ut liberi instituan
tur vel nominatim exheredes fiant sed postumorum institutio
aut specialis exheredatio necessaria non est ut testum legitime
conficiatur et licet ut necessaria admittenda sit saltem ne pos
tea rumpatur testum nihilominus tamen certum est non esse princi
pale ius quandoquidem principalius est ut liberi iam nati
instituantur vel exheredentur igitur liberorum appellatione filii na
ti non vero postumi in priori parte d. l. comprehenduntur = Ar
guta profecto est et subtilis haec ratiocinatio caeterum rediligen
tius animadversa nihil probat adversus supra tradi
tam resolutionem et argumento facile respondetur distinguendo ma
iorem propositionem ex traditis supra n. 16 cum sequent. in hunc
modum inter caetera quae ad ordinanda testa necessario desiderantur

UVA.BHSC

principale ius est deliberis hered. inst. vel exhered. ex sentia
Cons. in d. l. inter cetera 30 sive necessitate precisa et simplici
ter sumpta intelligatur propositio negatur. si vero de necessita
te causativa ne postea rumpatur testum admittitur et concedi
tur, quod autem Cons. de necessitate causativa loquatur manifeste
demonstrant verba relata ibi ne preteritis istis rumpatur
testum. sic ergo distincta et admissa maiori propositione des
cendendo ad minorem quam ita concipit Val.: sed ad testi va
liditatem non requiritur postumorum institutio aut exheredatio
negatur prorsus, quoniam ne postea testum rumpatur necessa
ria est institutio aut exheredatio postumorum sicut nece
saria est filiorum ignatorum ut testum a principio recte fiat ita ut
inter utranque necessitatem et personarum speciem nulla diferencia
sit, et tamen suposita ut una causativa altera simpliciter necessa
sit ut tradidimus supra ex n. 16. = ad aumentum vero difficulta
tis, nempe quod. licet institutio aut exheredatio posthumi necessaria
sit, ne postea rumpatur testum, certum tamen est non esse principale ius, aut
dimiterent cum principes ex salvo conducto tantum ad exactam diligentiam teneantur respectu illorum in quos imperium non habent ut post Ming. centuria 5 observatione 70 docet novissime Jacobus Bandergracius in repetitione legis n. dubito de captivis Cap. 26 de salvo conducto ex n. 10. Legatus autem et concilium Imperatoris precibus prætulerunt publicam ecclesiæ pacem et in temeratores veteratores que illos proceserunt iudicialiter ut ex Molano lib. 3 de fide hereticis servanda Cap. 2 et 3 Alano Quoquo dialago 6 Cap. 31 Juane Quoqleo lib. 2 de gestis Novitarum docet cum iudicio Magister Marquez lib. 2 gubernatoris Cap. 24 in novioribus pag. mihi 108 ubi observat legatum apostolicum qui Bavornaciæ residebat eandem instantiam non fecisse ut puniretur Martinus Luterus qui advenerat fide accepta a nostro Carolo Quinto quapropter Cæsarem nec potuisse fidem frangere nec hæresiarquam puniri cum legatus non flagitasset eum ad penam. Quamvis aliter de hac re censeant relati a Don Martino Carrillo in analibus anno 1415 et nuperus arbitrer qui prodijt sub nomine Barbinisoti misoti inter martem Galicum et Vindicias Cap. 10 § 2 n. 192, cuius doctrina aliquantulum corrigi debet ex præcitata patris Marquez et ex alia Hugonis Grocij de iure beli et pacis lib. 3 Cap. 21 ex § 24.

4 Notandum tamen est in hac promissione facti alieni per simplex abnutibus minime distare ius Romanum a iure divino, et gentium, cum eam reducat ad terminos

UVA.BHSC

equitatis, idest ut promissor quantum in se est solerter et diligenter curet ut res promissa impleatur: quae est obligatio naturalis cuiusvis stipulationis facti alieni. Quamobrem neque iure canonico neque a iure nostro Regio in hac parte ius civile distat, et quaecunque superiori capite de iure gentium canonico et Regio disputavi circa obligationem promissoris qui tenetur satagere ut det, vel faciat extraneus de quo promisit, valent etiam secundum ius civile in eo qui simplex abnutibus spopondit, ne saepius eandem tractationem inculcemus.

De stipulatione dolum malum abesse ab futurumque esse

§ Sed ut magis peculiariter ad tractatum nostrum lex accedamus, opere precium erit exponere quid siget quem effectum habeat et ad quae negocia comparata sit haec stipulatio de qua agimus, dolum malum huic rei promissionique abesset ab futurumque esse stipulatus est ille spopondit ille ut proponitur formula a Papiniano in l. ex ea parte §22 hoc tit. Sciendum itaque est, quia fere impossibile videtur ut contrahentes expresse caveant consulantque sibi de omnibus damnis et de exceptionibus, quae ex versucia aliorum accidere possunt inventam fuisse a Iurisconsultis Galo Aquilio praeeunte formulam, qua omnes casus doli complecteretur, qui eam interponeret

UVA.BHSC

quę doli stipulatio a Papiniano dicitur in d. l. ex ea parte
122 § ult. et honestatis formula a diuo Ambrosio Lib. 3
officiorum Cap. 10, et euerriculum maliciarum omnium a Cicerone
lib. 3 de natura Deorum: quia sicut euerriculum capit om
nia genera piscium, ita nihil maliciosi potest hanc for
mulam effugere vt cordate exponit Grocius in sparsio
ne florium ad tit. ff. de dolo. Eoque nomine idem Cicero
amplius laudat Aquilium lib. 3 de officijs. Hęc formula li
cet non fuisset necessaria in contractibus bonę fidei in quibus ex
ceptio cuiusuis doli inest ex officio iudicis, l. 3 de rescind.
vend. l. et ideo 21 soluto matrimonio, l. huiusmodi
84 § qui seruum § de lega. 1 vt latius diserui in apara
tu ad tit. de actio. nec nunc repeto. necessaria tamen fuit
in stipulatione mutuo contractibus innominatis, et deni
que in omnibus negocijs stricti iuris, in quibus nec doli excep
tio inest nec dolus summo iure obstat, quominus subsistant
l. si quis cum alitur 36 hoc tit. Quare compromisso adiectam nota
mus in l. ita demum 3 ff. de receptis et qui arbitrium recepe
runt, l. arbitrorum 3 Cod. de receptis arbitris ne adversus
conuenta in compromisso alter ex mitigantibus dolo fa
ciat arbitros corrumpendo diem iudicij protelando aut
aliter pertergiuersando. item cautioni quę interponitur a
legatarijs, qui solida legata exegerunt de redendo
restituendo quę heredibus quanto plus petierunt quam
per legem falc. capere licuit, ne iterum dolo faciam quo
minus res legata salua sit, l. 2 in pp. et § ult. l. 2 l. ni
si dolo 3 ff. si quis plus quam per leg. falc. Adicitur
etiam doli causula transactionibus eadem ratione, l. seia 135 §

UVA.BHSC

vlt. hoc tit. et diuisioni hereditatis lege inter Coheredes
22 § item si in facto § ff familiæ erciscundæ. Quicunque
etiam stipulationi qua quis fundum vel aliam rem pro
mittit ne aduersus promissionem aliqua maquinetur
per dolum, si id quod aurum 22, l. doli clausula 149, l.
ex ea parte 121 in pp. hoc tit. l. et per ius iurandum 13
§ eum qui fundum § de acceptilationibus. Vel si nobis
opus inquoat et ei cuius interest demoliri promi
tit quo casu appareat ius sibi edificandi nesse.
hanc doli clausulam generalem adicere debet, l. stipu
latio 22 § habet de noui operis nunciatione. In cautione
quoque quæ ab vsufructuaria concipitur de vtendo et fru
endo arbitratu boni viri, l. huic stipulationi § ff
vsus fructuarius quemadmodum caueat. Et in stipula
tione iudiciali de iudicatum soluendo, l. iudicatum
6, l. nouissima 19 per totam ff iudicatum solui. Et in illa
quam quis promittit dominum litis rem ratam ha
biturum, l. in stipulatione 19, l. si sine 22 §, si in sti
pulatione 7 ff rem ratam haberi. Et quamuis cautela hæc n
admodum necessaria sit in bonæ fidei contractibus, tamen co
eies inter contrahentes aliqua conueniunt circa conuentio
nis propositum, vt magis immunia fuissent a doli suspicio
ne, clausula de dolo adiciebatur vt de contractus societatis
qui bonæ fidei est perspici potest ex l. sed hoc ita 22 § quod
autem de re iudicata. quamuis abesse dolus deueat et si
clausula doli adiecta n sit, l. si cum fundum 66 § 1 de contrah.
emptio. Ex quo hanc regulam depromere possumus. vt in omni
bus contractibus qui a conuentione parcium proficiscuntur, hæc clausula

UVA.BHSC

adiceretur, vel omitteretur ex contrahentium voluntate, in hijs vero cautionibus, aut satisdationibus quae praestantur ex magistratus imperio, aut iussu iudicis, semper adici deveret ut securius consultum sit ei pro quo interponuntur. Ut praeviderunt Anto. faber in rationali ad textum in d. l. huic stipulationi § ff. usufructuarius quemadmodum caveat et cuia in l. haec verba 69 de verbo. sign.

6 Dixi quod negotijs haec clausula olim adiceretur. Succedit ut exponam quem casum haec stipulatio comprehendat. Comprehendit quidem omnes casus doli, et de exceptionis de quibus specialiter contrahentes non meminerunt. Veluti si de auro praestando convenit ut praestaretur purum et sine immixtione aut sordibus: si praestetur admixtum erit, aut quo inquinatum non agitur ex clausula doli, sed ex speciali actione contractus. Sed si alius dolus commissus fuit, veluti ut periret massa promissa vel ut interciperetur ne posset praestari, ex clausula doli agendum est, l. et elegantur 7 § n. solum 3 de dolo, l. si id quod aurum 22, l. stipulationes 93, l. doli clausula 119 hoc tit. ex quibus alia exempla de promissis possunt. Non tamen ideo existimandum est ex clausula doli actionem de dolo nasci. nascitur quippe actio ex stipulatu quia super dolo stipulatio interposita fuit, cum in hunc modum concipiatur: si dolo malo aliquid fiat dare spondes? ita quidem ut si quantitas adiecta sit in casum quo dolus comitatur conditione certi ad quantitatem agatur arguto ex l. stipulationum 74 § ult. ff. hoc tit. sin vero in casum doli commisit praestatio quantitatis non fuit iniuncta ex stipulatu ad incertum agitur, vel quantum interfuit stipulatoris dolum non comiti

...ere ... q̃ ... ...et elegantes ... ...n solu3 ...
...enit ... ...ledolo ... ...ra ... ...de hered ... ...ne
... ... aduersus ... ...ne de ... ...ma ... ...que ...
... ...ut ... ...ea ... ...ut ... ...
... ...
... ...
... ...

serunt, l. inter heredes 42 § qui ex pacto 5 ff. familiae
erciscundae, l. stipulatio 38 § si quis dolum 13 hoc tit., l.
novissima 19 ff. iudicatum solvi, l. si sine 22 § si in
stipulatione 7 ff. rem ratam haberi. Imo et patris adoptivi
idest arrogatoris qui per universalem successionem promi
soris succesit ex huius clausulae stipulatione tenetur, l.
huic stipulationi 5 ff. usufructuarius quemadmodum caveat quia ex
qua persona quis lucrum capit eius factum praestare de
vet l. ex qua persona 149 de reg. iuris: ex quo locis
mens Pauli nostri eleganter deprehenditur, nam quod dicit
stipulationem praedictam comprehendere ut promissor curet
nequis in ea re dolo faciat, ita intelligendum est, ut ipse
dolo facere non debeat neque eius successores a quo repre
sentatur et in quo eius persona quodammodo viva cernitur
iuris existimatione et censura, l. heres 54 ff. de adquid.
hered. l. heres 22 de usucapio, l. ex re 28 § ult. de
stipulatione servorum. Congerunt multa et multos pri
mariis nostri Pich. ad tit. ff. adquid. hered. Cap. 2 Val.
adeundae tit. Cap. 1 ex n. 16. De extraneis vero ut adhibeat
diligentiam curando nequis in ea re dolo faciat et ita ta
gendo quantum in se est. Idem vero Paulus de promi
sore et eius heredibus non fuit locutus, quia tantum age
bat de simplici abnutivo et obligatione quoad ex
traneas personas. Caetera vero tanquam plana supposui, quae
notandum est quia ab interpretibus omissum video.

8 Idem dicendum
existimo quantumvis in re concepta sit stipulatio, hoc
modo: si quid in ea re dolo malo factum sit erit ve. Compre

UVA.BHSC

hendit etenim hec formula omnium personarum dolum scilicet successorum et qui causam a promissore habent non vero extraneorum ut est disertus Ulpiani locus in d. l. huic stipulationi § quod fructuarius quemadmodum caveat ubi notant Accurs. verbo et cum in rem et Anto. Faber in rubr. comprehendit eo quod ut existimo curam ergo extraneas personas ut locus ille ex nostro tex. supleatur ut nostrum tex. supleuimus ex aliis locis. parum obstat tex. in quinque condam decepit in l. hec verba 69 de verbo. sig. ubi Ulp. ait hec verba stipulationis de dolo, cui rei dolus malus aberit abfuerit generaliter comprehendere omnem dolum qui in ea re admissus sit. Quoniam respondeo hoc omnem dolum in illo textu accipi pro omni specie doli presenti futuro vero vel presumpto ut post Bart. explicuit ibi Cuia. et agnoscunt Alcia et Alvericus Gentilis licet aliter accipere tentent non vero sumitur pro dolo admisso ab omnibus personis etiam extraneis. Quod suadetur ex trac. que instituebat Ulp. in d. l. 69 scilicet de satisdatione iudicatum solvendi que in postrema parte continet clausulam doli l. iudicatum 6 ff. iudicatum solvi que ex eodem lib. desumitur ex quo desumpta est d. lex. 69: in qua disputatur solemniter de speciebus doli que in illa clausula continentur l. novissima 19 ff. eodem tit. et pro ergo nec necesse supponere Ulp. tractasse de personis. Plane uno casu predicta doli stipulatio ad extraneas etiam personas pertinet, scilicet quando indistincte in rem universaliter que concipitur adiecta pena in hunc

UVA.BHSC

dodum si huic rei dolus malus n aberit abfuerit
a quocunque quanti ea res fuerit tantam pecu
niam dare spondes? tunc enim dolo quocumque dolum
comitente pene stipulatio succedit quia rem ab omni
dolo immunem promissor prestare spondit magis
que principaliter de re sua cavit quam de facto ex
traneorum promisit quorum prestatio venit ex pene con
ventione, l. stipulatio 38 § si quis dolum 13 hoc tit.
l. novissima 19 § si autem 2 ff. iudicatum solvi: quia
factum alienum utiliter promittitur adiecta pena, d. l.
stipulatio 38 § 1 ut late disputavi cap. superiori et
docent ad rem omnes classici veteres et recentiores in
d. l. 38 § si quis dolum 3 Alcia et gentilis in d. l. hec
verba 69 de verbo sig. et hec de ista stipulatione
satis

9 De stip. habere licere

sequitur vers. idemque nostre legis in quo Paulus agit
de stipulatione habere licere docet que idem dicendum
esse de hac stipulatione quod diximus in precedentibus
de stipulatione illa dolum malum abesse ab futurumque
esse: ut quemadmodum in illa non continetur simplex ab
nutibus id est absoluta negatio doli ab omnibus extra
neis personis: ita nec in stipulatione habere licere
contineatur ut per omnes habere liceat sed tantum per
promissorem successores que suos de ceteris vero ut curet
satagat que diligenter ut stipulanti habere liceat. Nam
pari passu utraque stipulatione procedere probat nihil

UVA.BHSC

decretorie verbum idem que quo utramque stipulatio
nem Paulus coniungit. quod identitatem et parem in om
nibus esse naturam utriusque rei coniunctae denotat l.
quae de tota 76 de rei vindicatione, l. quae de legato
46 de Lega. 1, docent Latius Tenedus singulari 45
n. 2, et 3 fuscus practica lit. D. conclusione 288 a pp.
et cum multis Barbo. de victio. usu frequentibus dictione
99, et dictione 143.

10 Hanc stipulationem per eam formulam
et per easdem regulas explicabo, ac praecedentem expli
cui. Primo itaque noto solitum fuisse adici contracti
bus et traditionibus rerum in quibus dominium in accipien
tem transferri oportet. Veluti legatis generalibus in
quibus testator hominem generaliter legavit id est indis
tincte, non si legavit sticum specialiter, l. si a subs
tituto 45 § 1 cum l. sequenti, l. si domus 71 § 1 iuxta
intellectum Cuiacii de lega. 1, l. qui concubinam 29 § si
heres de lega. 3, quando vero specialiter sticus lega
tus est talem eum tradere debet heres qualis apud tes
tatorem fuit, neque evictionem praestat neque habere li
cere spondet, l. cum pater 77 § evictis de lega. 2 ubi
elegantur Cuia. lib. 8 responso. Papiniani et trac. 8 ad
Africa in l. si servus 110 de lega. 1 et in recitatio ad
d. legem si a substituto 45 eodem tit. Amaya lib. 2
observa. Cap. 3 ex n. 18, Goto. in d. l. qui concubinam
29 § si heres et communiter clasici in praecitatis locis
Don. lib. 8 coment. Cap. 19, Anto. Gomez tomo 2 varia Cap.
2 n. 36, Morquecho de divisione bonorum lib. 1 Cap. 8 ratio

UVA.BHSC

diferencię assignatur ab hijs doctoribus quare nos ad pensum nostrum properemus. Adiciebatur eoque prędicta clausula in stipulatio, idest in traditio quę virtute stipulationum fiebant, l. quę delegato 36 de leg. 1, et per argutum a titulo seu rubrica idem provari potest ex l. 3, l. stipulatio 38 ff. pp. hoc tit. frequentius tamen apponebatur contractui venditionis, in quo venditor rem tradebat emptori, et habere licere spondebat. idest super re controversiam deinceps non fore l. exempto 11 § 3 idem Neratius 8 et § ult. et § ult. de actio empti l. venditor 8. l. habere licere 57 per totam de evictio. Quinimo non tantum poterat hęc stipulatio adici prędictis traditionibus sed precise debebat et ad id actione ex contractu tradens debebat compelli ut constat ex pręcitatis locis et de venditione agens notavi lib. 2 opusculorum sec. 1.a cap. 3 n. 5 et multis laudatis docet Morla in emptorio tit. 9 in prelud. ex n. 36. Unde sequens dasicos antiquiores usque ad alciatum in d. l. stipulatio 38 in pp. qui docuerunt hanc stipulationem adici omnibus rerum traditionibus ex qq de evictione tradens teneri poterat. discedo a Dua Don. Cuia et Gifa. qui existimabant tantum adiectam fuisse contractui venditionis.

11 Nunc investigandum est cum cura quid contineret aut quem casum comprehenderet hęc stipulatio habere licere. Ad quod vrevitur prę monendi estis, re evicta id est per iudicium ablata emptori a vero domino, competere illi adversus venditorem actionem exempto ad regressum,

UVA.BHSC

per quam consequitur precium quod exoluerat et hoc am
plius quantum eius omnimodo interfuit rem euictam n
fuisse in quo interesse computantur usure precij et ali
ud quodcumque damnum accidens vel lucrum interceptum
l. exempto 11 § et in primis 2 et § idem in alios, l. emptorem
12 et § denique 15 et § ult. l. Iulia 13 in pp. et in § sed
et si quid de actio. empti l. 1, l. venditor 8, l. si ven
diderit 9, l. lucius 11, l. quidam 12, l. euicta 16 l.
vindicantem 17, l. fundum 46, l. si in venditione 60 cum
sequent. l. ex mille iugeribus 64, l. euicta 70 de euictio
l. cum venditorem 10 Cod. de actio. empti, l. n dubitatur
6, l. autore laudato 7, l. si controuersia 9, l. super 16
cum tribus sequent. l. cum successores 23 Cod. de euictio, l.
ult. Cod. de comun. re. alienat. Cap. ult. extra de emptione
et venditione l. 32 cum quatuor sequent. tit. 5 part. 5
Cui actioni emptor adicere solebat stipulationem duplem
precij quo casu res euicta fuisset ne cogeretur verifica
re in casu euictionis quanti sua n interfuisset rem
n euinci. imo quia olim frequenter contractui venditionis
adibebatur cepit abire in assiduam iurisdictionem, adeo ut qu
amuis nonnunquam deesset exempto ageretur ut repromi
teretur dupla in casum euictionis, l. quod si nolit 32 § quia assi
dua 20 de edilic. edicto de qua duplem stipulationem agitur
in d. l. 32 part. et in l. 2 et 3, l. qui a pupillo 7, l. lu
cius 11 § 1, l. euicta 16 § 1, l. sed et si exceptio 18, l. si
seruus 21 § 1, l. sed et si 23, l. si seruum 25, l. hoc iure
27, l. emptori 37, l. cum fundum 48, l. si dictum 56
§ in stipulatione de euictio, l. si tibi liberam 25 Cod. eodem tit. quae

UVA.BHSC

actio ex stipulatione decendens stricti iuris est. actio vero exempto est bonæ fidei, § actionum 28 inst. de actio, ex qua differentia multæ magnæ que olim fluebant inter utramque actionem, quas prosequuntur Cuia. lib. 7. quæst. Papiniani in l. ex mille iugeribus 64 de euictio, et trac. 8 ad Africa. in l. cum et forte 44 de actio empti et in aliis locis quos consulto omitto. Iuanes Garcia satis diserte prout est disertus vir et cocunque elogio dignus in suo eleganti trac. de expen. Cap. 10 ex n. 4 usque ad 16, Val. lib. 1 illust. trac. 4 de indiuid. Cap. 3 ex n. 24 et amplissimus antecessor præceptorque meus dominus Ramos in eodem trac. de indiuid. Cap. ult. per totum Freutlerus et ibi Ulricus Hunius volum. 2 selec. disp. 2 thesi 5 et 6. Hæc tamen stipulatio duplæ apud nos in usu non est, et in forensibus controuersis pro euictione utimur actione exempto, de qua non licet expressius agere consuli tamen possunt Freutlerus et Hunius supra laudati Cuia. lib. 12 obserua. Cap. 4, Anto. Fau. lib. 2 coniec. Cap. 3, Don. et osual. lib. 13 coment. Cap. 2 et 3, Pich. in apendice ad tit. de officio iudicis in trac. de indiuiduis Cap. 10 per totum, Morla in emporio tit. 9 in præludijs ex n. 36 late Iuanes Petrus Fontanella de pac. nupcialibus clausula 5 glosa 8 parte 14 per totam et plurimi relati ab Hermosilla ad glosas Gregorij in d. l. 32 et sequent. tit. 5 part. 5 et ab Agustino Barbosa in Colectaneis ad Caput ultimum de emptione et venditione.

12 Hæ vero actiones sive exempto, sive ex stipulatione duplæ in eum casum emptori prospiciunt, quo res per iudicem euicta sit ut duplatum pretium

UVA.BHSC

Consequatur vel quanti eius intersit. Stipulatio autem nostra
habere licere ad omnino diversum casum refertur, scilicet ad
retentionem rei ne evincatur. quae uti ego existimo est prima
et praecipua huius stipulationis intentio. Id mihi sua
detur ex l. stipulatio ista 38 in pp.o hoc tit. ubi Ulp. expli
cans vim et naturam huius stipulationis ait per eam siga
ri ut nobis liceat rem haberi, neque per promissorem fie
ri quominus stipulatori rem habere liceat, idest tene
re possidere eaque uti tanquam propria neque ab eo po
sessionem abocari. Unde per stipulationem duplae et per ac
tionem ex empto consulebatur emptori postquam rem emptam
amiserat, et iudicium evicta erat ut dixi n superiori.
Sed per hanc stipulationem consulitur ei ne rem amittat: forte
enim magis eius potest interesse rem retinere quam ex
empto actione consequi interesse vel duplum ex stipula
tione. Sed tunc acriter et singulariter urgeri possum ex
l. vindicantem 27 de evictio l. 1 et toto tit. de excep. t. 17. ff. de evict.
rei venditae et traditae l. cum vir 42 de usucapio. et ex aliis
quas cumulavi lib. 3 opusculorum in l. duo rei 92
de solutio in fine ex qq docemur si rem alienam vendidi,
quae titii erat et postea ego titio successero, vel titius mi
hi neque me qui denuo dominus factus fui neque ti
tium qui mihi postea successerit posse efficaciter in rem
illam agere adversus emptorem. quoniam utrique obstat
exceptio rei venditae et traditae ex vulgari regula a supe
rioribus locis deducta, quae de evictione tenet actio
eundem rem vindicantem repellit exceptio. et respectu here
dis ex alia regula iuris veteris quae ita habet ex qua

UVA.BHSC

persona quis lucrum capit eius factum praestare debet l.
ex qua persona 149 de reg. iuris. Ergo stipulatio haec ha
bere licere (id est ne qui vendidit aut eius heredes suc
cessores ve rem auferant) inanis est et frustatoria cum tantundem
emptor consequi possit per exceptionem exempto id est rei ven
ditae et traditae ut nuper dicebam. Hunc nodum quem ego ad
trixi ego met vrevitr relaxabo quod ut praestem in primis fateor
et observo selecte nostram stipulationem habere licere inven
tam fuisse causa adiuvandae exceptionis rei venditae et
traditae ut stipulatio duplae comparata et inventa fuit
causa adiuvandae actionis exempto quae competit pro evic
tione quare ut stipulatio duplae propterea non potest dici
frustratoria quia in eundem casum concipitur ita nec nostra pote
rit talis dici deinde observo per exceptionem rei venditae et
traditae non ita plene consuli emptori ad rem retinendam ac per
nostram stipulationem habere licere primo quia si exceptionem
emptor non obiecisset venditori vindicanti vel eius heredi su
cumberet in vindicationis iudicio nec amplius rem petere
posset arguto ex l. si in area 33 l. ex quibus causis 53 de con
dic. indeviti § certe illud constat inst. de rer. divis.
quod tamen consequi non posset nisi agendo ex nostra
stipulatione ut sibi rem habere liceret neque proprietas
aut possessio auferretur deinde, quia exceptio tantum
obyci poteratur venditori et successoribus, stipula
tio vero comprehendit curam erga extra
neas personas ut mox dicam ad hoc ut
venditor satagat quantum in se est curet, ne
per alium res evincatur, nec super ea moveatur

UVA.BHSC

Controversia hoc denique firmiter tenere vos vellint 235
nostram stipulationem comparatam fuisse in casum excep
cionis rei venditae et traditae, ut stipulationi diplae
comparata fuit in casum accionis exempto pro evic
tione. Unde consentio glosae in d. l. stipulatio § 8
hoc tit. ubi videtur Jasoni eiusdem n. 2° et recentio
ribus, qui hanc stipulationem ita exponunt, idest su
per eam controversiam non movendam. Exqq iam
Apparet hanc stipulationem continere non factum ut illa
dolum malum haberse ab futurum per eam. Unde quod
in praecedenti stipulatione Paulus decidit, et in hac
nostra dicendum est, itaque qui vere habere licere spon
det controversiam super re non movendam promittit hoc
autem si promitteret de extraneis factum alienum pro
mitteret, imo simplex ab initio quod iure non licet:
ideoque qui ita promittit de se spondet, et de suis
seribus suis et satagere quo ad extraneas personas
quod si de aliquo extraneo controversiam non movendam ex
prese promittat in utili stipulatione. D. l. stipu
latio § 8 § d. et sequitur Gac. tit. Dicitur ut discer
namus quas personas haec stipulatio comprehen
dat inspiciendum est. Ergo promissor spopondisset si
enim de se tantum promisit ipse solus tenetur contro
versiam super re non movere neque ad heredes aut
successores extendit stipulatio quare si illi
controversiam moverint repelli quidem possunt excep
tione rei venditae et traditae, d. non obstringuntur

3 classici antiquiores distinguunt inter causas ex qq stipulatio interponitur. quippe si interponatur ex causa donationis in qua non prestatur evictio l. 2 C. de evictionibus l. ad res donatas 62 ff de edilitio edicto affirmant non teneri promissorem nisi ex sua l. successorum persona et in hunc sensum recipiunt nostrum textum in l. stipulatio 38 hoc tit. Quero stip. interponitur super contractu venditionis, permutationis aut alio in quo evictio prestetur iuxta notata supra n° 11, generaliter putant omniti stipulatum etiam quo cumque extraneo evinante et ita accipiunt textum in l. exempto 11 § ult de actionibus empti cuius sententiae fuerunt Accurs. in d. l. stipulatio 38 Bartholus ibidem lib. 1° n° 1° Baldus, Cast, et Cuma n° 2 Jasso n° 5 et 11 Alciatus n° 22, et fere omnes veteres, qq ego consensi in prima ad hunc textum praelect. n° 22 et seqq. Verum neque ego tunc neque ipsi assecuti fuimus veram nostram huius stipulationis, dissimilem enim intentionem habet ab act. exempto, quae pro evict. competit, ut dixi supra n° 12. quare ex eius natura inquienda non est. Deinde quia si obligaret promissor nominem dare vendita facturum controversiam obligetur ad plus quam act. exempto obligatur. Quo modo in act. exempto satisfacit praetium restituendo et interesse, in hac vero stipulat. ad factum et prohibitionem extraneorum tenetur quod ei non licet. Tandem, quia cum noster textus generaliter loquatur vix fit eius verbi si accipiatur tantum super stipulat. habere licere de donat. praesertim quia merito dubito cum super hac causa olim interponeretur

9.° Verior est sententia existimantium quantumlibet generalia conceperit nostra stipulatio nunquam factum extraneorum personarum comprehendisse nisi pena adhiceretur d. l. stipulatio 38 § 1.° Socin. ex rat. quam reddit supra n.° 8.° que fuit oppinio Cuiacij licet minus firmiter ind. l. exempto 11 § ult. ff. nt. Fab. ibidem, Duar. Don et Gifa ind. l. stipulatio 38 hoc tit.°

Neque obstat tex. in d. l. exempto 11.

15. § Ult.° de actionibus empti, in qua quaerit cons. quod dicendum sit de illo Venditore, qui emptori rem habere licere spopondit, et distinguit inter casum, quo de se deque successoribus suis permisit. Et casum quo de omnibus generaliter spopondit, et quamvis utrumque membrum praeparaset tantum de 1.° tit.° et secundum omittit. Docet itaque si vendidit habere licere per se et per successores suos evicta re per extraneum, neque ex stipulatu Venditorem teneri si stip.° interposita fuit neque exempto si non fuit interposita, et tunc per consequens ad interesse non teneri, sed tantum ad pretium restituendum, quia est contra bonam fidem contract. re evicta Venditorem pretium retinere. Ex hac ss.° Ulpiani sequentes scrupuli adversus superiorem doctrinam insurgunt, primo videtur in eundem casum concipi stip.° habere licere, hac comparata est actio exempto pro evicto se postquam res evicta est, non ut emptori eam retinere liceat, et vindicantes aut evincentes repellere possit, secundo ex arg.° a contrario sensu nam Ulpianus ait multum interesse an Venditor habere licere permittat per se, et successores, an per omnes, quam cum permittit de se et de successoribus, de illis tantum tenetur. 9.° cum permittit de omnibus tenebitur quocumque extraneo evincente,

t. 11. § ult. ff. act. emp.

UVA.BHSC

q. merito des clarici ibi admittunt, neque audiendus Sifan. in
d. l. 38. hoc tt.° qui hanc consequentiam tunc veram putabat eum
pena adijciebatur generali permissione de omnibus, nihil enim de
pena adijcit vel supponit Ulpianus sed de vi et nat.a stip.is
Sectio exinde videtur probari non aliud teneri actione exem
pto pro evictione quam quis tenetur stipul.e habere licere, et
quatenus tenetur. Sed absurdum foret dicere extraneo evin
cente actionem pro evictione non nasci ex contra q. docui supra
n.° 11. q.° per conseq. dicendum est extraneo controversiam movente
committi stipulationem habere licere = N.° 16.

Non inquam obstant hi
scrupuli q.° ut forsan vere textum explicem, animadverto
in eo nihil agi de nra stip.e habere licere, sed de stip.e
duple pro evict.e, q. obiter et aliud agens notavit recte
Anton. faber lib. 3.° coniect. c. 1.°, quamvis in rationali aliter
acceperit cum communi q. ut perficiatis considerari oportet
Ulpianum in initio §.i supposuisse rem venditam fuisse, ut
habere liceret, q. longe aliud est, et quam permittere per
stipul.em habere licere, namque qui ita vendit vel traddit
in effectu permittit rem immunem, et securam fore ab evic
tione, q. licet non dicatur ex n.a contract. venit, l. qui ven
dendo 66. de contrahenda emptione Cuius tt.° 6. ad Afri
canum in l. fundum 46. de evictionibus, et cum antiquio
ribus Marantha in speculo iudiciorum 2.a p.e n.° 29, et hic
est sensus illorum verborum, qui autem habere licere vendidit
videamus et cetera: est igitur vendere habere licere, idem
q. vendere prestita captione de evict.e ut traddere ha
bere licere ex causa legati l. si a subst. 45. §. 1.° cum l.

UVA.BHSC

seq.ti de leg. 1.° nihil aliud est quam rem asecurare, ut pragmatici locuntur. Sed qui ita vendebat traddebat ac non permittebat in eum casum habere licere, sed duplum in venditione aut rei veram stimationem alius ve hominem in legato. Nam specialis permissio habere licere, tantum continebat casum non movendae controversiae, ut exposui supra n.° 12. in fin. itaque non est idem vendere habere licere, ac specialiter stipulanti permittere habere licere, nam in 1.° casu significatur per illa verba asecuratio rei, in 2.° vero casu permittitur non movendam controversiam. Ex quo dignoscitur non omnes textus, in quibus fit mentio venditionis vel traditionis habere licere, confestim accipiendo sese contra stipulationem quia inter utrumque casum magna est differentia ut notavi =

N.° 17. His suppositis enarranda et explicanda est species dictae leg.s exempto 11. § ult.° de actionibus empti quae talis est titius rem vendidit habere licere, idem asecuravit rem emptori: quaerit quid debeat praestare ex hac asecuratione? et adiutrix Ulp. multum interesse utrum venditor emptori ita policeatur tibi rem habere licebit per me venientesque a me personas idem successores, an vero ab omnibus et de omnibus asecuraverit, in 1.° casu inquit tantum teneri venditorem rem immunem ab evictione praestare de se et de successoribus: id est si ab alio res evincatur neque ipsum neque successores eius teneri actione exempto si stipulatio interposita non sit vel si sit interposita non teneri etiam actione ex stipulatione duplae, quae in casum evictionis interponitur. Ratio est quia asecuratio ex speciali conventione restricta fuit ad personas nominatas, quare aliae res

l. 11. § ult. de act. emp.

UVA.BHSC

periculum aut euictionem non prestat Venditor. Sed quia Vlpianus indistincte dixerat, extraneo euincente neque stipulatione duplex, neque actione exempto Venditorem tenere, subdit explicationem ex sententia Iuli, sc. non teneri actione in quantum persequitur interesse, Vt exposui supra n.° 11 sed tm teneri ad restituendum pretium quod accepit: quia bonae fidei contractu non patitur hanc conuentionem, Vt emptor rem amittat et Venditor pretium retineat, Vnde subinfert idem dicendum esse, et si specialiter conuentum fuisset nihil euictionis nomine pretitum iri siue prestituiri Vt mauult ex Veteri lectione reponeri Antonius Agustinus lib. 2. emendat.um c. 2. noto ex his postremis vbis ad mentem meam id est ex censura Vlpiani et Iuli Vendere sub cautione euictionis ac Vendere habere licere han ac per consequens non esse idem traddere habere licere ac specialiter permittere per stipulationem habere licere, quod est controuersiam non mouendam. deinde noto soleri interpretes nostros ex hoc textu alio putare quod Valiat conuentio per quam Venditor remanet omnino securus ab euictione subscipiente emptore omne rei periculum ab extraneis. hoc non negat Vlpianus si sic expresse conueniet, tunc enim tale est pretium quod datur, Vt non sit res ipsa quae emitur, sed fortuna, et incertus euentus; quem emptor sponte subit, nec est de quo queri possit, quare hae conuentiones frequenter in nostris contractibus admittuntur. quadere ne nos nimium dibaguemur consulendi sunt Coba. lib. 3 varia. Cap. 17 n. 2. Anto. Gomez tomo 2 varia. Cap. 2 n. 39 vers. primus, Pater Molina de iust. et iure 1 tomo disp. 380 vers. secundus quando faguinus

UVA.BHSC

Lib. 2 Controuers. Cap. 40 vers. major Controuersia est Don de
euictio. Cap. 2 vers. Cui Consequens est et vers. iterum illud ma
neat, Costalius in d. l. exempto 11 § vlt. Enriquez Asuer in
repetitarum lectionum Cap. 43 et alij laudati a Juane Gue
felio in notis ad Cobarrubiam dn. 2, nouissime multis re
latis fontanella de pactis nupcialibus 2 tomo clausula
5 glosa 8 parte 14 n. 92 cum sequent. qui melius ad usum
forense loquitur. Vt in specie, quam prosequitur Vlp. in
d. l. exempto 11 § vlt. de eo qui ab aucupe venatore, aut
piscatore emit iactum retis, id est, quod posset vno iactu ex
trahi, vel pantera, id est, quod caderet in rete aucupatorium
hoc enim sigat phanter vel pantelum teste Barrone
Lib. 4 de lingua latina vt post eum explicant Cuia
et Budeus in d. § vlt. quidquid recusent Goto. Ibi
dem et Alcia. Lib. 1 parergon Cap. 42; vel a venato
re indaginem plaganum nos dicimus todo el ogeo,
y lo que cayese en las redes. Quia in hijs casibus
licet nihil capiatur precium repeti non potest, emit enim
fortunam, et emptor subiecit se periculo. Actenus
Vlp. disputauit occasione casus limitatae asecura
tionis, quae expresse tractauit. Quod si velimus re
uerti ad tacitum et subintellectum, dicam facilime, si
vendidit habere licere ab omnibus, id est ab
omnibus rem suam asecurauit emptori; quocunque
extraneo euincente teneri actione exempto vel ex
stipulatione duplae re euicta, quae actiones istae veniunt
ex natura contractus vt dixi n. superiori. Non vero

UVA.BHSC

tenetur ex speciali stipulatione rem habere licere
idest controversiam non movendam. quia hoc non prove
nit ex natura contractus, nec ante venditor de
evictione tenetur quam res evicta sit, et periudicium
ablata, non vero emptorem liberare a controversia l.
ult. Cod. de actio empti, l. 3 Cod. de evictio. Anto. Go
mel 3 tomo varia cap. 2 n. 34 et sequent. Quare cum
hoc in facto consistat neque ex natura contractus ve
niat, qui habere licere per stipulationem specia
lem promisit, neque tenetur ad simplex abnutibus
idest non factum extraneorum neque ad aplius quam
ad suum factum et successorum et curam erga extraneas
personas ut Paulus noster in presenti decidit
quia ita ni falso explicandus est et una litura de
lenda omnia quae dixi priori lustro et forsan om
nia glosemata recenciorum et veterum iuris interpretum

18 Unde
infertur stipulationes illas quae in rem nostram dirigun
tur et in eius assecurationem respiciunt, utiles esse,
quia veniunt ex natura contractus: quantumvis
factum alienum contineant vel simplex abnutibus
quia hoc est per accidens, principaliter enim attenditur assecuratio
rei, eiusque bona causa ut observavit Dua. in l. stipula
tio ista 38 in pp. hoc tit. ex quo facillime exponitur ex
in l. si ita quis 31 de evictio. Agit Ulp. lib. 31 ad Sabi
num de illa stipulatione promitto servum meum sanum esse
furem non esse, vel vispelionem non esse. Haec stipulatio in fa
vorem venditoris plerumque concipiebatur, l. quis sit fugitivus

l. 31. de evictionibus

UVA.BHSC

17 § vlt. l. q. si nolit 31 § 1, l. si furtum 52 de edilicio
edicto, l. 2 de rerum permutatione, l. 4 § item Labeo 5
de dolo mali, metusque exceptione, l. emptor 14 Cod.
de actio. empti, l. 3 § et 36 tit. 5 part. 5. Quaerit in
quam vtrum praedicta stipulatio vtilis esset 2 et asserit
quibusdam videri esse inutilem, quia si est fur impossi
bile est quod promittitur furem esse: si non est fur, super
vacua est et innecessaria promissio. deinde et posset
adicere Cons. hoc pactum in futurum tempus relatum
inutile fore quasi temerarium quia esse vel nesse furem
seruum quem vendidi pendet ab eius propensione et
voluntate, quae mea non subiicitur l. 3 Cod. de edilicis
actio iuncta praeclara illustratione Quareni prox
ime relati. Nihilominus tamen tam vlp. in d. l. si ita
quis 31 quam Imperatores in d. l. 3 in vtroque casu res
pondent has stipulationes vtiles esse: adeo vt si pae
na adiecta sit, peti possit. quod si non sit adiecta ex
stipulatione interposita agatur quanti stipulatoris inter
fuit seruum furem nesse bispelionem nesse vel sanum
esse: imo nulla in stipulatione interposita actione
exempto ad idem agi potest d. l. 3 Cod. de edilicis actio.
Rationem non exprimunt a priori vt dicere solemus, sed
facilis est. quia qui ita promittit super conditione rei
suae promittit et si promittat de futuro eventu: qua
re promissio 1 et principaliter qualitatem rei nostrae
continet. Caetera autem per consequentiam veniunt, Alex.
in d. l. stipulatio 38 hoc tit. n. 3, Jason 5 vers. 4, Alcia. n. 10
Qua. vers. nemo autem, Don. in nostra l. n. 6, quod non obseruauit

UVA.BHSC

Amaya lib. 2 observa. cap. 13 ex n. 10, quamuis prædic
ta loca aeritr discuciat. Decisionem suam (quam
uis genuinam rationem n. redidisset) argumento ab absur
do deducto confirmat Ulp.: inquit enim, si prædic
ta stipulatio n. valeret, nec valerent stipulationes
ædiliciæ, quæ venditor cavet animal venditum sine
morbo esset, quod nemo sanus dicet cum frequentes
sint et iure imperatæ, l. exempto 11 § animal.
4 de actio empti et aliis supra relatis quæ iunge
ndi sunt Barro lib. 2 de re rustica cap. 2, Age
lius lib. 4 noctium aticarum cap. 2, et explicant, conge
runtque multa relati ab Amaya d. cap. 13 n. 1, Re
uar. de autoritate prudentum cap. 10, Jacobus Duran
cius lib. 1 varia. cap. 10, Brisio de formulis lib. 3
pagina 289 in paruis, Cuia. lib. 9 observa. cap. 3.
Quæ stipulationes tantum inter se distant, quod ædiliciæ
plerumque interponebantur de vicijs corporis, cæteræ
vero de vicijs animi, ut observant Cuia et Amaya
ubi proxime, Petrus Fauer in l. verum 31 de reg. iuris,
Auericus gentilis in l. aliud 174 de verbo. sigatio
ne. Aeternus de disputatione Ulpiani dixisse su
ficiat, in qua nihil præterea notandum est, nam de ver
bo bispellionis multa observant, Petrus Fauer in
d. l. verum 31, et Amaya d. cap. 13 ex n. 23.

19 Proximus est præ
cedenti textui alius eiusdem Ulp. ex eodem loco desumptus in
l. n. impossibile 50 de pactis. In quo disputat, quod utilis
sit in contractibus depositi comodati et similibus hæc

UVA.BHSC

promissio n faciam furem servum meum ratio dubitandi
eadem fuit quae in superioribus. nam si servus non est fur
ex propria voluntate superuacua est; si vero est fur
impossibilis est. Potest etiam alia ratio dubitandi ad
ici scilicet quod dependet ex affectu servi et ideo continet
alienum factum. Et denique quia ex natura contractus de
positi vel comodati et similium venit non dolo versari
in re deposita aut comodata, l. 3 § si res, l. si ut certo §
§ nunc videndum ff comodati l. qui insulam 30 § ult ff.
Locati igitur superuacuo adicitur quod ex natura contractus
venit. Sed facile Ulp. diluit praedictas difficulta
tes. Primam quia qui ita promittit non spondet factum ali
enum, nec simplex abnutibus, sed tantum factum proprium,
videlicet se non solicitaturum servum ut fur fiat. Secundam
et tertiam quia omnia illa quae veniunt ex natura con
tractus, vel ex legibus, possunt deduci in pactum
ut expressius consultum sit contrahenti: itaque quam
uis ex contractu vel ex edicto de servo corrupto ac
tionem habeat his cuius interest si servus corrumpa
tur. rectissime vel pactum, vel stipulationem adicere po
test ut id ipsum consequatur actione ex contractu vel ex
stipulatu ut in specie lex in l. stipulatio 19 hoc
tit et in l. penult. Cod. de sponsalibus. Docent rem
latius explicantes cuia. Anto. Fauer et Caeteri clasi
ci in d. l. non impossibile 50 de pactis, Jaso in l. stipu
latio 38 n 7 hoc tit. Petrus Fauer in d. l. verum 31 de
reg. iuris, Pich. in § si quis alium n 6 inst. de inutilibus,
Amaya lib. 2 observa. cap. 13 n 9

UVA.BHSC

Succedit postrema stipulatio cuius meminit Paulus in presenti neque per te neque per heredem tuum fieri quominus sufficiat in qua docet simplex abnuntiatio non contineri sed factum proprium promissoris et successorum scilicet non venire contra id quod in stipulatione deductum fuit, et curare satisque agere ne veniant hii quos promissor potest prohibere argumento ex l. fluminum 24 § quamquam de damno infecto. et denique sufficientem solicitudinem hadibere ne extraneae personae veniant contra promissionem ut dixi de precedentibus stipulationibus. Ergo ut eodem modo hanc explicem quo superiores explicui admonendi estis, hanc stipulationem solitam fuisse interponi in quasi traditione servitutum, veluti quando aliquis per fundum suum iter actum viam ve promittebat, cavebat in hunc modum, neque per me neque per heredem meum fieri quominus tibi ire agere liceat l. ult. de servitutibus, l. 3 § si iter de actio empti l. heredes 25 § in illa 12, l. coheredes 44 § quod ex facto § ff. familiae erciscundae, l. 2 § si in facto § l. cum filius 49 § 1, l. in executione § 3 § quod si stipulatus 3 hoc tit. l. inter artifices 31 de solutio. Comitabatur eoque ceteras stipulationes quas in precedentibus explicui. nam qui habere licere promittebat in hunc modum solitus erat spondere neque per me neque per heredem meum fieri quominus tu

UVA.BHSC

heredesque aut successores tui eum hominem habeam
l. exempto 11 § ult. de actio empti, l. redivere 21 § ult.
l. et neque 22 de edilicio edicto, l. stipulatio ista 38
§ hi qui sunt 6 vers. sed si servus, l. ubi autem 75 § qui
id q. 7 hoc tit. Item quando promitebatur id quod in sola
prestatione paciencie consistebat, veluti si promisit
ut liceret tibi vindemiam tollere ex vinea mea, vel
hominem sumere ex servis meis, l. si ita 92, l. si
sic stipulatus 93 hoc tit. vel habitare ædes meas
l. si stipulatus 111 hoc tit. vel quominus intra Kalen
das illas sticus mihi detur, l. si his qui rem 66 § ult. de
furt.

21 Per hanc autem stipulationem re vera non promitebatur
factum, sed cura et solicitudo erga extraneas personas
et effectus erga se et personas successorum, l. in illa 50 hoc tit.
que ita prestat in lib. Norico et florentino huius lec
tionem recipit iudiciosus vir Anto. August. lib. 1 emen
datio. Cap. 3. In illa stipulatione, per te non fieri, non hoc
sigatur nihil te facturum quominus facere possis; sed
curaturum, ut facere possis, cuius genuinus, ut iuris
timo, ~~sexorus~~ sensus est eum qui ita promittit, non
promitere simplex abnutibum sive absolutam nega
tionem, id est nihil facere, vel e contrario omnia fa
cere, ut stipulator re fruatur; sed medium inter hec
duo extrema promitere, scilicet curaturum se ut
facere possit quo magis alter re sua vel re pro
missa fruatur, quod est factum proprium promitere, succe
sorumque et curam erga extraneas personas et nihil

UVA.BHSC

amplius eundem sensum habet ~~accedit~~ Alfi tex. in l.
in lege locationis 29 ff. locati ubi proponitur hoc pac 242
tum adiectum in continenti locationis silvae. Redem
ptor, idest conductor silvae, silvam ne cedito, ne ve
cingito, ne ve devrito ne ve quem cingere, cedere, vre
re sinito. Quaerebatur utrum redemptor vi et virtute
pacti tantum teneretur impedire quos vidisset ore
re aut cedere silvam. an etiam hoc amplius teneretur
custodire silvam, et invigilare ne quis ea faceret?
et consultus respondit ad hoc eoque teneri ut curet
et det operam adiueatque diligentiam ne quis vrat cedat
ve silvam. Ecce tex. in quo qui non facere promisit idest
silvam non cedere, ad factum tenetur, hoc est ad curam et soli
citudinem erga extraneas personas et multo magis te
netur ne ipsi successores sui cedant aut vruant. Ergo
qui per se non fieri promisit tenetur efficacitur ad ea quae
nuper dixi. Ex quo apparet neque hoc pactum simplex
abnutibus continere ut uno verbo expressit Accurs. ibi et
simile esse stipulationi de qua in nostro tex. agitur. Hanc
legem in l. 29 opponunt authores textui in l. veteri
bus 39 de pactis, sed nec difficilis est antinomia neque ad
nostrum trac. pertinet quare ne nos immoremur consuli
possunt Accurs. et omnes clasici in d. l. in l. 29, Cuia. lib. 5
quaest. Pap. in d. l. veteribus 39 ubi prius explicuerat cultus
et elegans iurisconsul. supra saeculum et ingenium nationis Iua
nnes Oroscius in coment. ad tit. de pactis ad eandem legem
et Iulius Pacius lib. 2 legum conciliatarum quaest. 7 ad finem.
Vidistis quid siget stipulatio haec per te non fieri, et ad quid

UVA.BHSC

promisor ex ea teneatur, quae omnia plus minusve licet in minuciis dissentiant praenotarunt Bart. Balzaso, Cuiac. et Gifa. in d. l. in illa 50 hoc tit. Cuia. in l. cum filius 29 § 1 hoc tit., Con. lib. 12 coment. Cap. 19.

22 Iuxta quem sensum accipiendum est quod Cons. docet in l. ubi autem 75 § qui id quod 7 hoc tit. scilicet hanc stipulationem in non faciendo consistere: quia re vera si comparetur ad illam stipulationem, insulam fabricare, Romam ire, quae factum et operationem exigunt, haec nostra in non faciendo consistit quia principaliter tantum expostulat pacientiam ut stipulator re promissa fruatur. Nec tamen potest negari aliquid facti admixtum habere, videlicet iure curet et solicitudinis erga alios ne prohibeant: Ceterum cum dividimus stipulationes ut quaedam in faciendo quaedam in non faciendo consistant (de qua divisione dixi superiori semestri Cap. 2 n. 28 nostra stipulatio in non faciendo concipi dicitur, quia ille plus facti habet.

23 De personis quas comprehendit ut videamus, in hac ut in praecedentibus conceptionis formula inspicienda est quippe si de se tantum personaliter promissor spopondit, aliae personae in stipulatione non comprehenduntur, nec ipse propter alios tenetur. Ad quem locum expectant tex. in l. cum filius 29 § 1 hoc tit., et in l. inter artifices 31 de solutionibus. Ubi si ita promisero per me non fieri et fideiussorem dedero, fideiussore prohibente neuter tenetur, quia stipulatio de memet ipso tantum concepta fuit, et ego factum fideiusso

UVA.BHSC

ris extranei prestare nec possum nec debeo, ut ipse nec
potest prestare factum rei, l. sicut 65. de fideiuso.
nisi satagendo possem efficere ne fideiussor prohibe
ret; tunc enim teneor non propter factum fideiussoris, sed
non satis egi ut debueram, arguto ex l. si his qui rem
66 § ult. de furtis. Ex parte etiam stipulatoris per
sonalis est eadem ratione. Idcirco que si stipulatus de se
tantum fuerit ipse solus non est prohibendus, nec successores
qui in stipulatione continentur. pertinet etiam ad hoc ppm.
decisio tex. in l. stipulatio 38 § hij qui 6 vers. sed si ser
uus hoc tit., ubi si seruus vel filius stipulati fuerint
per aliquem non fieri quominus sibi habere liceat: non
committitur stipulatio licet pater, vel dominus prohi
beantur. quia ad factum refertur hec stipulatio, ut consistat
solum in filij vel serui persona. nam stipulationes me
rifacti patri vel domino per seruum vel filium non ad
quiruntur § sed cum factum inst. de inutilibus stipulatio. l.
quod dicitur 130 hoc tit.. Sed quamtumuis personalis
sit hec stipulatio, tamen si prohibetur ire vel agere hijs
qui nomine meo fundum ingrediebatur stipulatio com
mititur, l. si stipulatus 111 hoc tit.: quia ego met videor
agere vel ire cum alius nomine meo agit, l. qui saxum
6 de donatio. l. 1 Cod. per quas personas nobis adquiri
tur pp. inst. de hijs per quos agere possumus. Quinimo
si stipulatio interposita sit quominus mihi illa habi
tatione uti liceat licet personalis sit pp. inst. de
usu et habitatione, tamen si uxor mea habitare pro
hibeatur, committitur quamuis illa nominatim in stipula

UVA.BHSC

tione comprehensam sit, d. l. si stipulatus III. hoc
tit. merito quidem nam propter individuam vitae con
suetudinem quam retinet matrimonium § 1 inst. de pa
tria potestate l. adversus 4 Cod. de crimine expila
tae hereditatis uter coniux pro una eademque persona
reputatur iuxta illud genesis Cap. 2 vers. 24 et Pau
li ad Corintios Cap. 6 vers. 16 prima epistola et ad Ephe
sios Cap. 5 vers. 31. Et qui utrumque simul prohibet
habitare, bonum matrimonii dissipat. cum sit omnis vi
tae consortium ut inquit Modestinus in l. 1 Cod. de ritu
nuptiarum de quo plura et multa pulcra congerunt cuia.
ad tit. Cod. de nuptiis, Rebardus lib. 2 coniectaneorum
Cap. 10, Juanes Angelius 1 tomo reipublicae Asiaticae Cap.
3 membro 6, Briso. de ritu nupcia. pag. mihi 224 Don
ferdinandus de Mendola de confirmando concil. Tribe
rritano lib. 3 Cap. 14 eandem ranem habent tex. in l. pater
6 de servit. legata, l. cum precario 11 de precario, l.
2 § 1, l. ceterum 4 § 1, l. sed neque 8 § 1 de usu et habit.
in qq. habitatione relicta aut precario concessa uni con
iugi alteri concessa iure censetur. adeo quidem ut si ad
iciatur conditio si seorsim uterque habitaverit, rei
ciatur tanquam turpis et impeditiva cohabitationis mu
tuae coniugum d. l. sed neque 8 § 1 de usu et habitatione
ut notant clasici omnes in predictis legibus.

24 Quod si sti
pulatio concepta sit de se deque heredibus indistinc
te, omnes heredes tenebuntur ex placito conventionis
ut in l. exempto 11 § ult. de actio. empti, l. si sic estipu

UVA.BHSC

latus 132 hoc tit. sed contra hanc partem acriter obstat tex. in l. Julianus 131 hoc tit. ubi scaevola ex Juliani sententia docet si sic stipulatio interposita sit, neque per te neque per heredem tuum Titium fieri cominus mihi ire agere liceat, non tantum cum stipulatione prohibente Titio sed cuiuscunque coheredis prohibente verba sunt non solum Titium teneri si prohibeat, sed etiam coheredes eius. Ecce tex. in quo stipulatio concepta fuit nominatim in persona huius heredis, scilicet Titii, et nihilominus committitur cuiuscunque coh. heredis prohibente. Ergo falsum est dicere hanc stipulationem tenere tantum personas in ea comprehensas, siquidem extenditur etiam ad coheredes non nominatos. Augetur difficultas ex parum trito ad rem pp. parumque nota, aut notata differentia in hac parte inter obligationes dandi, aut faciendi, quoniam in obligationibus dandi autor non potest uni soli ex heredibus stipulari, nec de uno solo promittere, quin si plures heredes instituerit adversus omnes pro hereditariis porcionibus stipulatio committatur, vel omnibus adquiratur pro hiisdem porcionibus, l. eum qui ita §6 §1 hoc tit.: quia cum statim a morte testatoris obligatio dandi, ut pote dividua inter omnes coheredes dividatur, ex l. 12 tabula. l. 2 Cod. de hered. actionibus cum similibus nihil adversus legis divisionem stipulando, aut promittendo autor facere potest arguto ex l. nemo potest §§ de lega. 1 Ceterum obligatio faciendi cum individua sit

l. 2 § item si in facto 5, l. stipulationes ~~tot~~ 72 hoc
tit. nec inter coheredes dividatur, l. heredes 25 §
in illa 12, l. inter coheredes 44 § quod ex facto 5, ff. fa
miliae erciscundae recte potest concipi in unius solius
heredis persona l. continuus 137 § ut hoc tit. ut docent
clarissimi in d. l. 56 § 1 et in d. l. 137 § ult. Don. lib. 12 co
ment. cap. 17 ubi Osuall. litt. I et sequent. et in l. sti
pulatio ista 38 § alteri n. 42 hoc tit. Anto. Gomez 2
tomo varia. cap. 11 n. 15 et parum discrepat Ulfricus
Unius ad Freutclerum volumine posteriori selec. disp.
27 thesi 2 quaest. 22, nosque de ea re latius et ex profe
so egimus in nostra epitome de individuis n. 10 cum
sequent. igitur cum stipulatio haec per se n. fieri in facto
consistat, ut nuper dicebamus, recte poterit promissor
dare de qua una tantum persona heredum suorum cavere
ut ceteri in illa stipulatione n. comprehendantur. At
sic est quod nihilominus supponit Scaevola cocunque ~~he~~
coherede contraveniente committi, et quod ergo decisio hu
ius lex in utrumque pp.m nuper expositum incurrit, quam

25 Quam
difficultatem ut dextre forsan dissolvamus 1. premittendum
est obligationes facti quae quoad factum ipsum individuae
sunt ut proxime admonui: fieri dividuas cum n. facto
eo quod promissum fuit succedit obligatio ad interesse, quo
niam id in quantitate consistit, quae est dividua per nu
merum: quare uno prohibente in hac specie obligatio
contra coheredes ad interesse committitur n. in solidum sed
pro hered. porcionibus d. l. inter coheredes 44 § quod ex facto

UVA.BHSC

q. ff. familiæ erciscundæ l. in executione 85. §. 9. si stipulatus 3. iuncta l. eadem 4. § ult. hoc tit. Secundo premittendum est aliam esse obligationem n. prohibendi in hac stipulatione, aliam esse succedaneam eius obligationem præstandi id quod interest stipulatoris si in stipulatione commissum sit. Quoniam prima mere facti est quæ id circo applicari potest personæ unius ex heredibus, et de illa tantum si vult potest stipulator cavere: secunda vero obligatio succedanea prioris consistit in dando, in qua promissor de uno tantum herede promittere n. potest ex ratione quam tetigi numero superiori: his præmissis facile enodatur littera mens que iuris consulto in d. l. Iulia. 131 hoc tit. Ait enim scæuola in hac stipulatione neque per te neque per heredem tuum fieri, scilicet ticium nominatim quominus mihi ire agere liceat, si ticius ipse prohibeat n. tantum ipsum in id quod interest vel in pœnam teneri. Sed teneri coque cæteros coheredes ad id quod interest si ticius prohibeat. n. vero dicit cæteros coheredes teneri ad n. prohibendum neque comiti stipulationem si alius præter ticium prohibeat: quoniam circa factum n. prohibendi tantum persona ticii in stipulatione comprehensa fuit, quæ potuit sola comprehendi ut pote in obligatione faciendi. Sed postquam stipulatore prohibito, obligatio ad interesse, id est ad quantitatem successit, cæteri coheredes tenentur. quia in dandi obligatio nulla heredum persona eximi potest et hic est sensus illorum verborum, n. solum ticium si prohibeat teneri. sed etiam coheredes eius: repete, teneri si prohibeat

UVA.BHSC

ticius n. vero si ipsi prohibeant, quare sicut Coheredi
bus actum sit ad id quod interest, quidquid prestiterint ex
obligatione hereditaria, consequenter postea iudicio fa
miliae erciscundae a Coherede ticio qui prohibuit ad
versus promissionem testatoris: est enim iniquum ex facto al
terius alterum pregavari ut nos docet iuris regula et pro
vatur ex d. l. heredes 25 § in illa 12 et sequent. ff. familiae
erciscundae cum aliis n. superiori aductis. Exponunt que
alciatus latis elegantur in d. l. Iulianus 131 ubi Urebius
Don. et Gifa. idem Gifa. in l. 2 n. 83 hoc tit. Cuia. in d. l. eum qui
56 § 1 hoc tit. ff. huic disputationi veteres iuris interpretes
adnectunt aliam quae proponitur in l. in depositi 9 cum l.
sequenti ff. depositi, sed longe utriusque dispar est ra
tio et quoniam ad spartam nostram n. attinet consulide
ea possunt cum multis a se laudatis Alcia. ubi proxime
et antecesores nostri Pich. in apendice ad tit. de officio
iudicis n. 219 et sequent. Val. in trac. de individuis
lib. 2 illust. trac. 4 cap. 4 ex n. 13 et nihil aliud supe
rest in hac stipulatione quod expositione indigeat.

26 Sed adversus
nuper expositam doctrinam obstat severe selecte que tex.
Pauli in l. qui locus 11 de religiosis et sumptibus fu
nerum. Ubi Cons. suponit locum monumenti hac lege
sive hac conditione distractum fuisse ne in eum in
ferrentur quos ius erat inferri. et docet pactum nudum
sive simplicem conventionem ad id n. sufficere, stipulatio
ne vero recte ita caveri posse, quae textum ut expendam
observo primo monumentum esse locum purum, in quo reli

UVA.BHSC

quiæ vel corpus vmanum conditam sunt, ac per conse
quens nec ab vmanis vsibus, comerciisque exemptum
esse, l. 3 § monumentum 6, l. monumentum 42 de re
ligiosis et sump. funerum, l. si sepulcrum 4 Cod. eodem
tit., l. si sponsus 5 § secundum hæc 20, cum § sequenti de do
natio inter, l. 1 tit. 13 part. 5: quæ est propria vtriusque vo
cis notatio Barro lib. 5 de lingua latina, festus in
voce monumentum diuus Isidorus lib. 14 originum cap. 11
quam proprietatem elegantr expressit vulgatus noster Luce
cap. 23 vers. 53 ibi, et posuit eum in monumento exciso
in quo nondum quisquam positus erat. et Matei cap. 27 vers.
60 vocauit monumentum nobum antequam Christus dominus
conderetr et cap. sequenti vers. 1 postquam saluator po
situs ibi erat sepulcrum appellauit. Aliquando tamen
monumenti appellatione sepulcrum idest monumentum
iam factum et functum significatr, dl. si sepulcrum 4 Cod. de
relig. l. si monumentum 3 Cod. quæ res pignori vel ypo
tecæ obligari possunt. vt vice versa secund. sepulcrum appe
llari solet, qui locus purus est idest purum monum
entum, l. quanquam 4 ff. de aqua et aquæ pluuiæ arcendæ.
Itaque in dl. quasi locus 12 verbum monumenti pro sepul
cro accipiendum est pendet enim a tractatione textus
præcedentis in quo vlp. de sepulcro disputat. Secun
do obseruandum est sepulcra vel esse hereditaria
vel familiaria. familiaria sunt quæ quis sibi fa
miliæque suæ constituit. hereditaria quæ constituit
sibi heredibusque suis. Itaque familiaria etiam ad
n. heredes pertinent modo de familia sint, l. fami

UVA.BHSC

liaria 5 l. vel q. 6 ff de religiosis l. si sepulcrum 4
l. ius familiarium 8, l. ius sepulcri 13 Cod. eodem tit.
his positis tunc sic arguitur, qui habebant ius infe
rendi in sepulcrum vel erant heredes eius qui ~~constr~~
construxit vel de eius agnatione et familia, et per
consequens omnino extranei promissori erant; quoniam
qui de familia constructori sunt n. sunt per consequens
heredes successores, vel de potestate eius qui promisit
cum his possit esse heres constructoris, et perinde nesse
de eius familia, idest agnatione: et quamvis de eius
agnatione sit, n. ideo ceteros de familia sub sua po
testate habet, ut planum est. Sed hoc est, q. nihilominus con
suponit stipulatione efici posse ne in sepulcrum inferantur
quos ius est inferri, sive qui ius habent ad sepulturam
q. est simplex abnutibus sive absolutam negationem facti
promittere. Ergo qui simplex abnutibus promittit efi
cacitr obligatr si extraneus ille de quo promisit non
pleat q. ipse spondit.

27 Expostulat ingens hec difficultas
et ab interpretibus nostris n. visa potius quam omissa, ut
alcius innitamus rudentes in hoc mare sternamusve
viam frequenti principiorum glarea ut securius certiusque
pedem figere possimus. Nto ergo primo locum dici a lo
cando quoniam in eo res aliqua locatr ponitrque; lo
cum enim difinit Barro lib. 4 de lingua latina ubique
quid locatum esse potest, vel ubi quidquam consistit. Ita
que locus est continens rei, quae in eo collocatr, ut in illo
Ciceronis distico laudato a Quintiliano lib. 8 institu

UVA.BHSC

tionum oratoriarum Cap. 6 in fine ex quodam iocularii libello ubi Cicero ipse irridet ipsum dicens =

Extractam puteo situlam cum ponis in horto
ulterius standi non habet ille locum.

Loquebatur de allusione fundi, carpebat que Varronem, qui fundum eatenus constituebat, quatenus fundo miti posset, et quamvis locus pars fundi aliquando dicatur ut in l. si quis cum totum 7 vers. proinde de exceptione rei iudicatae l. locus 60 in pp. de verbo. significatione. tamen frequentius est locum seu locivocabulum latius patere, quam fundi vocabulum, d. l. locus 60 in fine ubi interpretes clasici latius versant hoc argumentum quod nos illud in presenti permittimus ne plus iusto immoremur in re non magni ponderis. Itaque locus monumenti in d. l. quod si locus 21 est fundus ipse ubi monumentum locatum erat, ut laxius accipiatur quam solent philosophi et oratores accipere cum dicunt corpus sine loco consistere non posse, Cicerone teste lib. 2 de oratore prope finem, scilicet sine illa gleba quam immediate sepulcrum contingit quia illa vendi non posset ut dicemus in sacra preludio 1. hac nota aut animadversione cessat scrupulus, et perinde emendatio Antonii fabri qui ut huius tex. intelligeret de fundo vendito in quo consistebat sepulcrum expungebat illa verba locus monumenti. sed superuacuo quidem quia locus monumenti fundus est ut supernuper admonui. Quod premonuit licet non satis expresse subtilissimus veterum interpres Raphael fulgosius

in eadem l.

Secundo cum eodem fulgorio (quem non laudatum sequitur Anto. Faber. in rationali) noto dictam legem, quia locus 12 capiendam et interpretandam esse uno contextu cum l. precedenti. In qua dubitat Ulp. quid sit dicendum si venditor fundi exceperit sepulcrum ad hoc ut in id inferrentur ipsi posterique ipsius, nec tamen viam ad sepulcrum exceperit. utrum agere posset si via uti prohiberetur ut mortuum suum inferret et quamvis sub dubio et nutantur, affirmative tamen respondet posse agere quia sepulcro excepto et via per consequens excepta videtur sine qua ad illud pergi non posset arguto ex l. si quis sepulcrum 12 eodem tit. l. si mercedem 73 § 1 de actio empti quia qui concedit consequens necessario concedit ans. l. 2 de iurisdic. Vel alia rane quam ingeniose excogitat Cuia. lib. 13 observa. cap. 36 et indicatur in l. utimur de sepulcro violato. quia cum sepulcrum excipiebatur in fundi venditionibus plerumque et magis assidue via ad id excipiebatur, sine qua usum non habebat. quare cum ab initio a conventione partium incepit postea adiit abiit in assiduum usum et perpetuam iurisdictionem arguto ex l. quod si nolit 31 § quia assidua de edilicio edicto. Hystrationibus olim prohibita fuit usucapio fori, aut vestibuli sepulcri. quia licet nihil religiosum fuisset nisi quatenus corpus humanum terram tangit, et cetera spacia quae ornatus usus causa construebantur, l. 2 § sepulcrum 5 de relig. et sumptibus funerum quam exornant Goto. in notis ibi et ad leges 12 taba. in fine vers. utive rogum, Cuia. lib. 3

UVA.BHSC

responsorum Cap. in l. eadem 73 § 1 de contrah. emptione
Briso. Lib. 2 selec. Cap. 15 et 26, Osual. ad Don. Lib. 3
Cap. 1 litt. ff, Ramirez de Prado in pente contareo Cap.
17, tamen forum vestibulum que usucapi non poterant, quia nece
saria erant ad sepulcrum ideoque eius causam sequeba
ntur extat lex 12 tabula apud Ciceronem Lib. 2 de le
gibus quam ex profeso explicant Balduinus Cap. 37
Rt. Rebardus Cap. 15 in fine, Goto. Lib. 1 in fine et Anto.
Agustinus ad leges 12 tabula. Cap. 19, Anto. Clarus ad
leges regias Cap. ult. Hotoma. Lib. 1 antiquitatum Cap. ult.
Jacobus Guterius Lib. 5 de iure manium Cap. 11.

29 Precedentem questionem cum Ulp. tractasset in l. precedenti, iubicitur
ex Paulo in l. quod si locus 11, questio diversa, seu pocius
contrariae conventionis scilicet de fundo aut loco vendito
in non excepto sepulcro sed ea conditione expresse adiecta ne
in eum locum inferantur, et antequam de hac conventione di
cere incipiam diversitatem inter utrumque locum magis
ex profeso notavo 1° in d. l. si venditor, quod fundum vendi
dit fuit qui monumentum ipsum construxit, ut liquet ex
illis verbis ut ipse posterique eius in illo inferrentur.
Neque enim posteri a venditore illationis ius haberent
nisi ipse fuisset sepulcri autor at vero in d. l. quod si lo
cus qui fundum vendidit fuit successor in sepulcro
sed non autor, quod probatur ex textu ibi quos ius est infe
rre idest quod ius ad illationem habent, non vero haberent
ius quantum ad sepulcrum si fuisset constructor ipse qui
vendidit cum posset mutare deinceps voluntatem argumento ex

UVA.BHSC

l. 3. § vlt. cum l. sequenti ff. de adimend. vel transferend. le
gatis, deinde in d. l. si venditor 20. pactum venditioni adiec
tum sufficit, vt sepulcrum exceptum censeatur, imo et ad sepul
crum via. sed in d. l. quod si locus pactum non sufficit, et stipula
tio solemnius necessaria est ne in sepulcrum se inferantur
quorum est inferre ratio est quia qui in venditione fundi
excepit pacto ipsum sepulcrum pactum apposuit in tradi
tione suae rei, quod praestans efficax que est l. in traditio 78
de pactis, et vt potuit seruitutem vicino praedio suo in
traditione alterius praedii sui excipere l. si quis duas
6 ff. communia praediorum sic vendito praedio potuit sep
ulcrum retinere cum via ad ipsum per praedium quod vendidit,
et tradidit.

30 Sed cur pactum ne inferantur alii adiectum ad
appositum que cum fundus tradebatur in d. l. quod si locus 11. non
sufficit vt sufficit in praecedenti textu? res est iudicio
me clara licet in ea caecuerint interpretes quos vi
di quia licet vendito fundo transeat accessionis iure
et cum vniuersitate sepulcrum l. in modicis 24 de contrah.
emptione. famem sepulcrum ipsum non venit, neque aliena
tur quia non tantum est res aliena respectu venditoris, sed
a commercio exempta d. l. in modicis 24 vt dicam expres
sius infra in § sacra praeludio 6. Igitur qui vendito fun
do pactum apponit sepulcro, ne in id inferantur ali
qui non apponit pactum traditioni rei suae, quia sepulcrum
non est res sua, sed religiosa, et a commercio exempta.
Pactum vero quo sepulcrum excipit vendito fundo,
fundum fundum ipsi dicit, ne fundus secum trahat se

UVA.BHSC

pulcrum accessionis vice, iureque et hoc amplius, ut
per fundum praestetur iter ad sepulcrum. Nihil
est tam facile nec tam perspicuum. Illud vero ma
iorem difficultatem continet, siquidem pactum in conti
nenti adiectum contractui praestans est, et actionem pro
ducit ut contractus ipse cui adicitur, vel quicunque
alius l. iurisgentium 7 § quinimo de pactis, l. in bo
nae fidei 13 Cod. eodem tit. ut late prouaui lib. 2 opus
culorum sectione 4 per totam, adeo quidem ut si in emptio
ne aut venditione dicatur accedere fundo vendito sti
cum seruum accedat statim, acsi principaliter venditus
seruus fuisset, l. si in emptione 34 de contrah. emptione.
Cur ergo in d. l. quasi locus 11, si dictum fuit pactum ut se
pulcrum accederet fundo, siue quidem est ne in sepulcrum
inferrentur, quos ius est inferri non tenet pactum ut eo ma
neat venditor obstrictus non minus quam stipulatione
siquidem producere debuit actionem ex empto? audio
que magis quam ausculto Antonium fabrum in rali, qui
maius robur voluit stipulationi praestare quam tali pac
to; nam eque efficacia sunt quantum ad actionem produ
cendam. minusque placent qui dicunt inutile esse
pactum quia cauerim potest ut certus numerus personarum
in monumento sepeliatur, l. 4 ff. Comunia praediorum,
quia si hoc pactum non valet quasi seruitutem imponens rei
religiosae eadem ratione inutilis esse debet stipulatio quae
eandem seruitutem imponit. Displicent etiam illi qui ex
istimant pactum esse inutile quia nullum comodum afert
paciscenti, arguto ex l. penult. de pactis, l. vlt. Cod. de pactis

UVA.BHSC

inter emptorem et venditorem ubi Bart. Cast. et Fulgo. et Me
ra. Mte quoniam quamvis aliter ea loca interpretentur
Don. in l. seia 13 § ea lege n. 2 hoc tit. et Bal. trac. 2
de lega. cap. 2 n. 28, nego enim afferri maximum Como
dum emptori cum omnibus suis sepulcrum adquirat et fun
dum a servitute itineris vindicet. denegato transitu
et introitu hiisqui ad sepulcrum ius habent tum etiam
quia si ob eam rationem pactum non valeret, nec proficeret stipula
tio quae nullam afert utilitatem arguto ex l. stipulatio
38 § alteri hoc tit, ut contra antiquiores quos refert
et sequitur Ubesenbequius ad tit. de pactis n. 7 recte
disputat Anto. Faber de erroribus prac. decade 87 erro
re 2, tandem displicent Accurs. Cuia. et reliqui comu
nitur qui docent nec simplicem stipulationem sufficere quia con
tinet factum alienum extraneorum arguto ex nostra lege
inter stipulantem 83, sed opus esse stipulatione pena
li qua promissor de se poenam promittat si quis ad
versus promissionem suam venerit, l. stipulatio ista 38
§ at si quis 2 et § si quis dolum 13 hoc tit. quoniam Paulus
tantum aserit qui caveri oportere stipulatione nec
quidquam adicit de poena ergo non caret divinationis
vitio poenam supponere ubi Paulus de ea nihil egit.

32 Inter
go lubrica quae diu mihi celebrum excusit ut iudicium
in eum promam noto per pactum in continenti adiectum posse
venditorem de re disponere ut posset disponere per vendi
tionem ipsam quia est porcio ipsius contractus, l. venditor 13 ff
Comunia praediorum, l. fundi 79 de contrah. emptione, adeo

UVA.BHSC

ut per pactum idem possit efficere, quod potest facere per con-
tractum ipsum ut dixi d. sect. 4 cap. 2 per totam sed si
venderet fundum cum sepulcro iure et vice accessio-
nis per venditionem tantum transferre posset, ius quod ipse
in sepulcro haberet non vero plus, l. traditio 7 de
adquid. rerum dominio l. nemo plus iuris de reg. iuris.
ergo si cum vendidit fundum pactum in continenti adiecit
ne alii in sepulcrum inferrentur, nihil efecit, quia ipse trans-
ferre non potuit ius caeterorum neque illis paciscendo
praeiudicare l. quo tutelatur 33 § neque paciscendo de
reg. iuris. igitur venditor potuit pacisci de se, et ius sibi
quaesitum a se abdicare arguto ex § per traditionem 40 de
rerum divisione, itemque de heredibus suis et caeteris
quos prohibere poterat, qui adversus factum suum ve-
nire non possunt, l. fluminum 24 § quanquam de dam-
no infecto, sed respectu extraneorum nihilominus pro-
derit pactum, itaque tale pactum in continenti factum
ad aliquid valet ad aliquid vero non valet ideo pau-
lus (quod electe observo) non dixit pactum quidem inutile
esse sed dixit pactum quidem ad hoc non sufficit, id est non
est sufficiens indicans plus operam stipulationem
solemnem sed aliqua posse operari pactum in con-
tinenti adiectum.

32 Videamus nunc quid plus operetur
stipulatio quam pactum conventum, et hoc ex nostro
lex desumendum est quia qui ita promittit ne sese in-
ferendos in sepulcro qui ius habent expressen pro-
mittit factum extraneorum, nec promittit neminem inferen-

UVA.BHSC

dum nec vicium aut sempronium cum tantum promittat
generaliter de iis qui ad sepulcrum ius habent, igitur
per consequentiam solum factum extraneorum promittit id
est familiarum, vel heredum constructoris ut dixi su
pra n. 26, quare cum hec stipulatio contineat vicium la
tens simplicis abnutivi, idest absolute negationis
potest reduci ad terminos habiles, ut stipulatio
dolum malum abesse et habere licere, iuxta anotata
cap. 2 n. ult. et in pp.o huius capitis, itaque qui per
stipulationem promittit non esse inferendos eos, qui ius
ad sepulcrum habent promittit de se deque heredibus
suis, filiis et ceteris, quos potest prohibere, et hoc
amplius promittit erga extraneos curaturum se et sa
tisfacturum ne inferantur quare eleganter dixit cons.
stipulatione id caveri oportet, idest convenientius
est ut in hac promissione stipulatio hadibeatur, quia pac
tum sufficiens non est, non vero dixit necesse esse stipulatio
ne caveri oportet, idest convenientius est ut in hac promi
ssione stipulatio adiceatur, quia pactum sufficiens non est, non ve
ro dixit necesse esse stipulatione caveri, quia stipulatio non est
omnino necessaria, quod si emptor magis securus remanere
velit, nec contentus sit diligentia, quam per simplicem sti
pulationem promissor prestare tenetur, licebit ei penam sti
pulationi adicere, quae comitetur cocunque extraneo con
travenienti promissioni, l. stip.o ista 38 ~~hoc tit.~~, § si quis
2 et § si quis dolum 13 hoc tit., et hoc magis oportebit, quam sim
plicem stip.m interponere, quod postremum nec asserit, nec negat
Paulus in d. l. quod si locus 11, sed ex recta iuris ratione potest

UVA.BHSC

deprendere, et hunc sensum genuinum esse existimo huius obscuri loci in quo libenter desinimus conne-
ntationem nostram de stip. facti alieni et simplicis abnutivi quoniam tractatus d. l. penultimo de pac-
tis, et l. ult. § 1 Cod. de pactis interemptorum ad hunc locum non expectat, et late discutitur a doctoribus lau-
datis supra n. 30, qq. adendi sunt francus Ra-
guellus quoad constitutionem in d. l. D. Petrus de Velasco Regius Consiliarius in Concertatio. ad d. le-
gem penult. ut transeamus divinis auspiciis ad § sacra.

Repetita prelectio ad § sacram nostre legis interstipulantem § de verborum obligationibus

Preludium primum de interdicto comercio rei sacre religiose sancte, et usibus ~~suis~~ publici destinate

1 Omnis institutio initium sumere debet a nocione rei ut est testis Cicero in topicis ad trebacium Juris Cons. verum antequam de proposita tractatione agere inci-
piamus quae sint de quibus agimus explanandum est res sacra est, quae recte per pontifices deo dicata est

UVA.BHSC

ut definit Just in § sacrae inst. de rerum divisione cuius pie
tatis vestigia agnoscimus in l. in tantum § sacrae l. sa
cra 9 in pp. et § 1 cod. hoc tit. ubi non fit mentio de deo
rum sed unius solius Dei ut et in l. sponsus § 4 pro in
de 12 de donatio. inter ob. Tribonianum christianissimi
viri in commutatione qui etiam Herculis profanum nomen
detrexit ex l. 2 § si decima de policitatio. ut perspi
ci poterit ex notatis a Budeo et Gofredo ad eundem
tex. noster Bal. cum aliis ad tit. de adquid. hered. 2 parte
n. 45 et 46. mentio vero quae extat dedicationis per
principem factae in d. l. sacra 9 § 1 et in l. ult. ff. ut in po
sessione legatorum, ideo est quia apud Romanos ab Augus
to 1 idem principes pontificatum maximum gesserunt ut ma
gis sacrosanctae et inviolabiles populo essent cuius ri
vestigium extat in l. hereditas 51 de hered. petitione
l. asa 8 de religio. et sump. l. adigere 6 in fine de
iure patronatus l. ult. de municipale et solentrali
ud ingavit Petrus Piteus lib. 2 ad legem 3. cod. de
bonis vacantibus lib. 20 apud verba senatus consulti
quae refert Ulp. in l. item veniunt 20 § praeter haec 6 de
hered. petitione, ubi pro illis maximus Princeps propo
situs suit exponendum censet princeps maximus pater
patriae ex notarum similitudine idem ex historicis et ex
numis colligitur de quo ne in re vulgari tempus teramus
adeundi sunt cuia novela 51 Enricus Spondanus in Comen
teris sacris lib. 1 partita 2 cap. 2 sectione 10 ad finem, Ca
saugonus ad Suetonium in Augusto cap. 31 et caeteri adeun
dem locum, apud Christianos vero cum huius potestatis ex

UVA.BHSC

per sit princeps secularis solus Episcopus ecclesiam
vel locum potest consecrari solemni ritu de quo Iust.
nouella 67 cap. 1 et ~~toto titulo~~ apud Gracianum di
stinc. 86 per totam et de consecratione distinctione
1a cap. 1 ~~et toto~~ titulo consecrationis ecclesiae vel al
taris, l. 22 tit. 10 partita 1 Teodorus Balsamum ad
focium in ~~ne~~ homo canone tit. 2 cap. 2 tex. 3 pag.
47 multa congerit Anto. Augustin. in epitome veteris iuris
Pontificij lib. 13 tit. 4 et sequent. et pulcra de ritu
consecrandi Innocencius Cironius ad tit. extra de con
secratione ecclesiae vel alteris ad praxim tamen et ad
usum forensem consulendus hac de re erit August. Barbo.
de officio et potestate episcopi allegacione 27 et 28 et
in collectaneis ad d. titulum. Secunda inter utrumque
ius et praeclara differentia est quod iure ciuili res alie
na inscio vel ignorante domino non potest consecrari
d. l. sacra q. § 1 de rerum diuisione, l. ab agnato 12 de
curatore furioso l. 3 de litigiosis poci Phocius Patri
arka ubi proxime tex. 4, et ibi Teodorus Balsamo
quia cum per consecrationem eximatur ab usu et dominio pri
uato, l. verum quoniam in fine ff pro socio l. 1 ponsus § pro
inde 12 de donatio. inter Cuia lib. 9 responso Pap. in
l. seruos 3 § de liberali causa, consequens est ut non po
ssit domino auferri sine eius voluntate arguto ex l.
id quod nostrum 11 de reg. iuris docet Don. lib. 4 coment.
cap. 1. iure tamen canonico aliud placet quia licet
res aliena consecretur irracionabiliter temere et in
consulto domino, manet consecrata, nec amplius humanis

UVA.BHSC

usibus debet restitui. Sed Episcopus tenetur de pre-
cio eius domino satisfacere Cap. Competimus 2°
14 quest. 6 iuncto lex in Cap. q. semel de eo § 1 de reg.
iuris in 6 ubi alios textus et autores cumulat Agust.
Barbo. in Colec. qui rem latius explicant.

2 Religiosum ve-
ro locum iure civili unusquisque propria sua voluntate fa-
cit dum mortuum infert in locum suum d. l. in tantum 6 § religi-
osum de rerum divisione § religiosum inst. eodem tit. Feodo-
rus Balsamo ubi proxime lex 4 in fine. Iure vero
Canonico et Christianis institutis non aliter fit religio-
sus locus, nec Cemeterium aut Conditorium, quam si accese-
rit authoritas episcopi praedictum locum illi usui destina-
ntis Cap. ad haec 4 de religiosis domibus, nec personam
mortui illacionem locus religiosus fit, Garcia de ex-
pensis Cap. 8 n. 51 vers. sed hodie, Stefanus Gracia-
nus disceptationum forensium Cap. 110 a pp. Barbo. in
d. Cap. ad haec n. 4, Grego. in l. 1 glosa 3 tit. 13 partita
1, Molina de primogenis lib. 1 cap. 24 n. 38, et sequent.
Spino in speculo testamentorum glosa 2 n. 37, Spondanus
in Cemeteris sacris lib. 1 parte 1 Cap. 9 et 10.

3 Sanctae res
sunt veluti muri et portae civitatis l. sanctum 8 de rerum di-
visione § sancte inst. eodem tit. id est exemptae ab usibus
privatorum: sanctum enim dicitur quod ab iniuria hominum
defensum atque munitum est d. l. sanctum 8, qua ratione sa-
nctas leges appellavit Oracius lib. 2 satira 1 in fine
et legatos sanctos dixit, Stacius lib. 2 tebaidis, et sanc

UVA.BHSC

tus populis per secula nomen legatus id est ab omni
iniuria ~~templa~~ tectus iure gentium ut dixit Servius
ad librum 10. Virgilij, l. ult. ff. de legatis, Cap. ius gen
tium 1a. distinctione, quod Lacius et Erudicius exornant Bal
tasar de Ayala de iure et officijs bellicis Cap. 9 lib. 1, Hugo
Grocius de iure belli et pacis lib. 2 Cap. 18 Jacobus Bander
Graecius de iure publico ad l. n dubito de captivis Cap. 27
Osual. ad Don. lib. 4 Cap. 1 litt. P et sequent. praesertim litt.
R.

4 Publicis usibus destinata sunt theatra, balnea, fora et si
qua hijs similia sunt in civitatibus quae non deserviunt sin
gulis privatae sed universis, qua propter universitatis di
cuntur, in l. in tantum 6 § 1 de rerum divisione § universitatis
inst. eodem tit.: et basilica, cuius meminit Paulus in praesen
ti extatque mentio eiusdem in l. 1 § ult. de adquid. poss. l. con
tinuus 137 § cum quis 6 hoc tit. l. basilicam 21 Cod. de operi
bus publicis, est vero domus regia (id enim graece valet
basilica) ad usum iudiciorum iuxta forum fabricata more
vero Christiano basilicae templa sigant, quae Deo omnium su
premo Regi consecratae et dedicatae sunt neque alijs usibus
cedunt. Docent et distinctius explicant Innocen. Cironius
in paratitlis ad tit. de foro competenti, Caesar Baroni
us anno Christi 57, et ibi Spondanus n. 38, Pater Cerda
in adversarijs sacris Cap. 133 n. 17 Ludovicus Dorleans
ad Facitum lib. 1 analium, Guillermus Xilander in notis
ad Vitrubium lib. 5 de arquitectura Cap. 1 noster pulcre
eruditus Ramirez de prado ad Luitprandum in cro
nico anotatione 102, Alcia lib. 1 praetermissorum verbo basilica

UVA.BHSC

Brito, et alij eodem verbo.

5 Hijs prenotatis succedit prior conclusio nostri tex. Ait has omnes res neque vendi neque permutari, neque alio modo aquiri aut alienari posse. Prouatur vendi non posse ex l. sed Celsus 6, l. ede sacra 73 de contrah. empt. l. continuus 137 § cum quis hoc tit. l. locum 9 Cod. de religiosis § vlt. inst. de contrah. empt. l. ~~vlt.~~ tit. 13 part. 1, l. 22 tit. 11 part. 5. nec legari, l. mebius 66 § in fundo 4 de lega. 2 § non solum 3 inst. eodem tit. l. monumenta 14 Cod. eodem tit. l. 13 tit. 9 part. 6 nec in stipulationem deduci, l. 1 § si id quod de obligatio. et actio, l. continuus 137 § cum quis 6 hoc tit. § idem iuris 2 inst. de inutilibus: nec diuidi inter heredes aut comporcionales iudicio familiae erciscundae aut ceteris iudicijs diuisoris, l. fundus 30 ff familiae erciscundae, nec possunt iure posideri l. qui vniuersas 30 § 1 de adquid. poss. ac proinde nec vsucapi l. vsucapionem 9 de vsucapio § sed alii quando inst. eodem tit. Cicero 2 de legibus apud Gotofredum ad leges 12 tabu. lib. 1 in fine vers. vti ne rogum. nec iure dominij vindicari, l. in rem actio 23 § 1 l. quae religiosis 43 de rei vindicatione. possunt tamen peti iure vsus vel comoditatis veluti sepulcrum et via ad sepulcrum l. 1 sic intelligenda cum clasicis ff si seruitus vindicetur, l. 1 ff de interdic.: nec possunt promiscuo hominum vsu vexari aut polui l. si quis sepulcrum 12 § 1 de relig. l. 1 et toto tit. ff et Cod. de sepulc. violato, idcirco praetor vetat quidquam fieri in loco sacro, quod non sit factum gratia ornamenti, l. 1 ff ne quid in loco sacro § 1 inst. de interdic.

UVA.BHSC

eadem ratione servitus sepulcro imponi n. potest nec licet
caveri ne ultra certum numerum hominum in sepulcro in
ferantur l. caveri 4 ff comunia prediorum, igitur si inter
predium serviens et predium dominans sepulcri locus
aut locus sacer intercedat servitus interrumpi
tur, quia pars illa media servire n. potest l. servitus
14 § 1 de servit. l. si prius 17 § sic et si vers. sed lo
co sacro ff de aqua et aquae plub. arc. docet congerit
que diligenter grecus legum canonumque collectarius
tocius Patriarca in omo canone tit. 2 cap. 2 tex. 3, 4 et
5 ubi balsamo eius scoliastes pag. 46 et sequent. ex
et latinis cuia. lib. 2 resp. pap. in l. ede 73 de con
trah. emp. et in recita ad legem 4 eodem tit. et in mul
tis aliis locis, Don. lib. 4 coment. cap. 1 et ibi Osval
per totum, Nauterus volumine 2 selec disp. 20 thesi 1a
et ibi Ulfricus Jurius, Pich in § idem iuris 2. inst. de inut.
et in § nullius cum sequent inst de rerum div., ubi cae
teri interpretes n. 6.

6 De rebus usibus publicis destinatis
eadem censura iuris est, quia nullius usui privati sub
iciuntur d. § universitatis, l. 2 § 1 et sequent ff ne quid
in loco publico ideo que vendi n. possunt d. l. sed cel
sus 6 de contrah. emp. nec legari d. § n. solum inst.
de legatis, neque in stipulacionem deduci l. continu
us 137 § cum quis hoc tit. nec posideri l. 1 § ult. de ad
q. poss. nec usucapi l. usucapm. q. l. prescriptio 4 §
de usucap., l. prescriptio 6 cod de operibus publicis:
denique neque in illis societas contrahi valet, neque

UVA.BHSC

Contracta perseverare potest postquam publicis usibus destinatae sunt, l. verum 63 in fine ff. pro socio

7 Exemptio a Comercio rerum sacrarum religiosarumque ex ipso iure gentium descendit, l. si in emptione 34 § omnium 1 de Contrah. emp. ubi vel gentium ius a quo descendit erga deum religio, l. 2 ff. de iust. et iure cum enim per consecrationem sint veluti dei porcio aut patrimonium effectae: Consequens et rationi consentaneum est ut in melius maneant patrimonio § nullius inst. de rerum divisione, l. 1 l. in tantum 6 § sacrae ff. eodem tit.: esset enim sacrilegium vel sacrilegio proximum ut quod semel dedicatum est amplius emanibus usibus relinqueretur Cap. mancipia 3 cum sequent. de rerum permutatione Cap. nulli 4. 12 quaestione 2 Cap. Comperimus 2. 14 quaest. 6 Cap. semel 4. 19. quaest. 3 Cap. ligna 38 cum sequent. Cap. vestimenta 42 de consecrac. distinctione 1 Cod. semel 51 de regulis iuris in sexto quam religionem ~~[illegible]~~ Ethnici etiam in sepulcris considerarunt, noluerant enim res manibus defunctorum consecratas vnianis comercis aut comutacionibus polui fedarique l. si quis sepulcrum in ibi sepultorum semi deos existimarunt divus Agust. lib. 9 de civit. Dei Cap. 12 Marcianus Capella de nuptiis Philologiae lib. 2. Apaleius in lib. de Deo Socratis in fine et non nunquam sepulcra proserpinae plutoniique et infernalibus numinibus consecrabant ut ex professo docui in illustratione epitafiorum n. 7 et 8 ad nos vero alia

UVA.BHSC

ratio est quia post episcopalem venedictionem locus des
tinatur usui sepulturae deputatur que venerabili
Custodiae defunctorum ut unusquisque in loculo adeo
sibi preparato adventum sui iudicis praestoletur
ut usurpen verba capitularia Caroli Calvi in Spar
naco epolti 2 tomo Codicis legum antiquarum, quare a vi
venciis usibus eximitur perpetuo ob reverenciam quae cada
veribus debetur, quae tanquam organis et vasis spiritus
santus usus est ut sunt verba divi August. lib. 1 de civit.
Dei alia ratio satis elegans et pia colligitur ex verbis
Concilii Meldensis canone 72 ne scilicet riderentur homi
nes velle praecium quaerere de terra concessa putredini
et de alieno cultu facere compendium, publicarum vero
rerum ideo moribus comerciorum interdicitur, dl. si in
emptione 34 § 1 de contr. emp. ne usui publico no
ceatur per comercium vel usum privatorum argutoex
l. ff. neque in loco publ.

8 Restat nunc ut nostrae conclu
sionis aut regulae exceptiones adnectamus et quidem
circa res deo dicatas prima exceptio est vendi et
alienari posse propter redemptionem captivorum carce
ratorum iniuste et causa famis publicis per gratian
tis, l. sancimus 21 Cod. de sacrosant. ecclesiis nove
la 7 cap. 8 novel. 65 et novel. 120 cap. 9 et 10 § sacrae
inst. de rerum divis. cap. apostolicos 13 cum duob. sequ
ent. 12 quest. 2 lib. 1 tit. 14 p. 1. tocius in omo canone
tit. 2 cap. 3 in princ. ratio reditur a divo Ambro in cap. aurum
70 eadem causa et quaest. quoniam aurum ecclesia. n habet ut. erret

UVA.BHSC

sed ut eroget in necessitatibus et inferius quid enim di
ceres? timui ne templo dei ornatus deesset. 2. res
ponderet dominus. aurum sacramentum quaerunt et in
hoc sensu accipi potest illa tempera. Ex severi sentencia
quam a persio mutuatus satyra 2. dicebat aut sub m
urmurabat ut ait Lamprey dices in eius vita. ✝

Dicite Pontifices in sacris quid facit aurum
Nempe hoc quod veneri donatae a virgine pupae
utraque vero sentencia accipienda est quando quando
supetunt necessitates quas auro suo piissima redimat
ecclesia, aut omnium mater et magistra n vero ubi om
nia sunt propera et locupletia: quo tempore nulli
bi religiosius et securius aurum reponitur, quam ut or
natui templi deserviat ubi Deus auri Creator colitur
sic in veteri testo tabernaculum preciosa supellectile
instructum legimus exodi Cap. 28, et templum locuple
tatum donaris maximi ~~laboris~~ valoris Lib. 1 paralip.
Cap. 29 et numerorum Cap. 31 et Lib. Cap. 6 et
7 et in nobo testo legimus immensis largitates prin
cipum et privatorum apud Rufinum Lib. 2 historiae eccles
iasticae Cap. 30 calistratum Lib. 8 Cap. 49 50 et
55 Casiodorum Lib. 2 tripartitae Cap. 16 et 18 quo tempo
re et penuria accidente si vestes aut vasa deservi
encia sacro ministerio vendantur prius conflanda
sunt et ad masam redigenda ne sacratis formis profa
ni homines ad profanos usus abutantur dicap. aurum
12 quaes. 2. docent Lacius Firaq. de privilegiis piae causae
in pp. Cuia. d novel. 65 a quo Goto fr. in d. t. sancimus

UVA.BHSC

alias colligit ibi Barbo. in colec. n. 10 et Baltasar de Angelis n. 1 omnium eruditissime Coba. lib. 2 varia cap. 16 n. 8 Fleuterus volumine 2 selec. disp. 20 thesi 1ª adendus etiam polite, sed minus pie aliqua diserens Hugo Grocius lib. 3 de iure beli et pacis cap. 5 § 2 et in notis.

9 Secundo et novitr exeptio est qua docemur revendita veluti fundo in quo sepulcrum est transire etiam cum universitate accesionis vice sepulcrum quemadmodum alia quaecunque per universitatem transiunt quae alioquin per se sola n. transirent transeunt in quam in emptorem, sed revera nec distrauntr nec alienantr quae expercia sunt Comercii l. in modicis 24 de Contrah. emp. l. si mercedem § 3 § 1 de actio. empti l. 1 § 1 de fundo dotali l. 1 § et alias 15 ff. si quid in fraudem Patroni l. pater 38 § salices Agrippa (sic intelligendo) de lega. 3 l. quaedam 62 de adq. re. dom. idem dicendum est de iure patronatus ecclesiastico, quod si annexum sit alicui castro aut villae eaque distrahantr transit transit cum illis cap. ex litteris 7 cap. cum seculum 13 extra de iure patronatus modo n. sit principalis intencio contrahentium emere ipsum ius patronatus, sed villam castrum aut hereditatem cum quo est adnexum quoniam si principalis intencio fuisset emere vendere ve ipsum ius spiritualiter adnexum simonia comiteretr, ut Lambertinus de iure patronatus lib. 1 parte 2 q. 7 art. 20 a n. 18 modo tamen a principalis intencio n. absit venditio tenet, et absque labe simoniae

UVA.BHSC

celebatur, quamvis in venditione villæ aut hereditatis mentio ipsius iuris patronatus fiat, August. Barb. in d. Cap. cum seculum 13 n. 1, qui de hac translatione rei acusoriæ latissime et cum multis agit in Colec. ad d. Cap. ex Litt. 7 imo a deo est necessaria in translatione expressa mentio iuris patronatus ut nisi expresse vendatur ad emptorem hereditatis non transeat neque ad emptorem villæ, cum accidit ut docet Nicolaus Garcia Barbo. et Tomas Sanchez apud adentes ad Molin. lib. 1 de primogenis Cap. 24 n. 25, quod alicui prima facie difficile videri posset, cum compertum sit vendito fundo sepulcrum in emptorem transire nisi nominatim exceptum sit a venditore, d. l. si mercedem 53 § 1 de actio. empti quo expectant leges illæ, quæ in venditionibus adici solebant si quid sacri aut religiosi in fundo est eius nihil venit quarum sit mentio in l. hanc legem 22 l. pacta 72 § ult. l. de 73 § 1 de contrah. emp. et apud Brisonium, qui vius formulæ minuit lib. 6 de formulis pag. 504 in parvis vers. illa fere semper, eademque rane nominatim sepulcrum et adidvia excipitur ab eo qui fundum vendidit, in l. si venditor 10 de relig. et in l. utimur 5 de sepulcro violato, sed non est obscura ut ego censeo ratio differentiæ quia ius patronatus accedit et hæret villæ, castro aut rebus hereditariis sed in illis non includitur cum sit incorporale quod magis mente quam oculis aut corpore apprehenditur: sepulcrum vero aut locus sacer in fundo ipso includitur et cum eo realiter corporaliterque traditur, quare non est mirum si cum eo transeat, nisi nominatim excipiatur. Pro

UVA.BHSC

secuntr tractationem hanc de translacione rei sacre
aut religiose per universitatem ultra congestos plena
manu a Barb. in d. cap. ex litt. Don. lib. 4 coment. cap.
6 et lib. 12 cap. 20 ubi osual. litt. E. Cuia. lib. 6 resp.
Modest. in l. si fundus 30 familie ereis. et lib. 3 resp. Pap.
in l. 9 de 33 § 1 de contrh. emp. Cona. lib. 7 coment. cap. 7
n. 4, Guterius lib. 3 de iure manium cap. 5, Solarzano
in politica indiana lib. 2 cap. 18 vers. y en derecho
ubi se refert ad opus Latinum et Alfanum Colec. 558,
Gutierez qui ex hac venditione et translacione rei
sacre gavelum etiam deveri docet in trac. de gavelis
quest. 9 n. 27 et 28 post. Parladorium et Lasarte qu
os laudat.

10 Nec multum dissimile est quod docemur in
l. libera § 1 de contrh. emp. et in l. id q. 7 § 1 de pe
riculo et comod. rei vend. si in vendic. fundi dictum sit
ut littora lucii limites viae quae nunc sunt totum
modum cedant, cedere haec omnia in fundi modum
agri ve venditi. Hoc enim eo expectat, ut si venditor
in vendendo dixit fundum centum iugerum esse si emp
tor ad mensuram provocet non esse omnia illa com
putanda quae vel sacra sunt vel publica et ob
id in nullius bonis quod si vendidit modum quem demons
travit inclusis litoribus lucis et ripis omnia ea
computantur ad mensuram non quia illarum rerum trans
ferri possit dominium nec alias usus quam qui alioquin
habiturus esset emptor, sed quia per inclusionem illarum
rerum liberatur venditor ab strictiori mensura idest

UVA.BHSC

fundi solius ita explicant utrobique Cuia et fauer, et
Cæteri clasici vetustiores idem Cuia. lib. 8 quæst. Pap. in l.
pacta 72 § ult. de contrah. emp. Notandum coque est ver
bum lucus in d. l. id q. 7 § 1 re sacra sigare quoniam lu
ci olim remoralibus Diis sacrabantur, ut huiusque la
tini autores etnici lucorum meminerint qui loca sa
cra per illos sigarent ut notat seruius ad librum 1. virg.
eneidos ad illa verba lucus in urbe fuit docuit que
iam ad rem Forcatulus in necioman. dialog. 1 n. 6. et 7
aliaque de superstitione lucorum tradunt lipsius eru
dite ad facitum de moribus germanorum a notatione 35 Ro
sinus lib. 2 antiquitatum cap. 2 ubi dens terus et nouissi
me et unus pro centis legendus Pinto Ramirez admira
culum eruditus lib. 1 spicilegij sacri cap. 6 per totum.

11 Solet
in presenti exponi tex. in l. q. si locus 11 de religiosis, sed
nos oportuniori loco exposuimus consulenda itaque su
nt notata in pp. huius legis cap. 2 ex n. 26 ubi late
de illo loco disputavimus.

12 Ergo ut prosequamur exepcio
nes quamuis sepulcrum extra comercium sit usus tamen ci
us idest sepultura priuatis concedatur qui propterius
sepeliendi longa possessione adquiri potest l. mo
numentorum 6 cod. de relig. unde et potest legari
alteri aliter que concedi l. monumenta 14 cod. de
legatis l. 1 tit. 3 part. 1 Feodorus Balsamo ad nomo
canonem ~~[illegible]~~ tituli tit. 2 cap. 2 pag. 49 parumque
obstat tex. in l. 4 ff. de mortuo inferendo in qua traditur

UVA.BHSC

longaq possessione n posse transferre ius sepulcri in
eum qui lege n competit, aliud enim est ius sepeliendi
aliud ius sepulcri: ius sepulcri idest q ditarius
dominium sepulcri nulla possessione usucapi aut ad
quiri potest, q res extra comercium posita usucapi
one n admittit l. usucapione q de usucap. ius vero
sepeliendi qui est usus sepulcri potest quaeri longa
possessione qua possessor praescribat ei qui sibi eius
dem sepulturae usum vindicet qua possessione proua
ta multocies videmur in his sepulcrorum causis do
tinere possessores ita utrumque locum in concordiam
reducunt Anto. fau. in rubr. ad d. l. 4 Anto. clarus
ad leges regias cap. ult. Caldeira lib. 4 varia. cap.
9 quamuis aliter exponere tentet Pich. in § nullius
n 7 inst. de rerum diuis. et in § 1 inst. de usucap. n 5.
Unde pro usu sepulturae remedia possessoria laicis com
petunt ut pro cocunque alio iure q possit qua
si posideri. Ita de cotidiana praxi testatur torres
de Mena in aditionibus ad Anto. Gamam decisione
54 n 3, et nos possumus testari, tandem observo qu
amuis n liceat in ecclesia vendere locum sepultu
rae cap. a tolendae 13 de sepulturis cap. conquesta
12 cum sequent. 13 quaest. 2 concilium moldense cano
ne 72 licere tamen aliquid accipere titulo ele
mosinae vel causa loci onoracionis ut si locu
lus altaris parcus vel capilla praestetur q cedat
ad sumptus fabricae et ministrorum ut cum multis resol
uit Barbo. in collec. ad tex. in d. cap. a tolenda n 2 et Gu

UVA.BHSC

Gutierrez de Gavelis quest. 9 n. 26 videndus etiam Viana reso
lucionum moralium 1 tomo part. 2 tit. 15 resolucione 37 quae
cum proprie venditio non fuit, sit. ex ea Gabela non debetur
ut docet Barbo. ubi proxime n. 4 potest etiam a privato ve
ndi sepulcrum quod proprie pecunia expensis construx
it vel comparavit quia non detrahitur religiositas loci vel
episcopi venedictio sed materialis rei valor aut sump
tus una cum iure sepeliendi quod est religiosum ut docent
cum multis Soto et Suarez Barbo. ubi proxime n. 7 ex
navius Lasarte de decima vendic. cap. 14 n. 3 quod ita
est (prout esse existimo) et res quae venit est mere profa
na ut fundat pater Suarez consequitur vendicionem Ga
velam devere solvere si laicus est quia nulla est ratio con
sistente vendicione quae non solvatur ut cum iudicio contra
Parladorium tenet Lasarte ubi proxime quidquid con
tra eum disputet leviter et sine fundamento Suarez
Gutierrez de Gavelis quest. 9 ex n. 22. denique ut postremo
subiciamus exceptionem duobus publico usui destinatis
sciendum est principem solere posse quae privatos per
mittere ut in solo publico aliquid faciant vel immi
tant l. servitutes 19 § 1 de servit. l. 1 § id quod a princi
pe de aqua cotidiana l. 2 in pp. ff ne quid in lo
co publico l. 2 ff de flaminibus l. 3 et 18 tit. 32 pat.
3 Con. lib. 4 coment. cap. 3 et ibi Osual. litt. G. Avenda
no de exequendis mandatis 1 parte cap. 12 n. 22 Vova
dilla lib. 3 politicae cap. 8 n. 91 idem de mari dicendum est in
quo quamvis quidquam fieri a privatis prohibeatur
l. 1 § in mari 17 de fluminibus, tamen ex concessione prin

UVA.BHSC

cipis potest ad aliquem pertinere ius aliquod propri
um in mari pro quo illi competant interdicta ut
pro re privata, l. sane 14 de iniuriis ut ibi explicat
Acurs. quoniam mare proprium reputatur illius pr
incipis cuius territorium aluit ut fundant noster so
lorcanus lib. 3 politicae cap. 16 et Guanes Sendenus in
mari clauso lib. 2 ex cap. 6 et ideo idem princeps sub
alicuius privati dominio mere subicere potest
ut praeclare docet et exemplis illustrat idem Selde
nus d. lib. 1 cap. 15 per totum eadem rane locus taber
ne venditur in foro et usus deinceps cedit privatis
ut illum alienare possint l. qui tabernas 32 de con
trah. emp. deinde idem quod a principe potest obtineri
adquiri etiam potest longa consuetudine ut docent
Acurs. et Bart. in d. l. sane 14 de iniuriis quoniam
usus qui memoriam hominis excedit supponit propri
vilegio et habetur iure constituti idest principalis con
cessionis l. 38 ductus quae de aqua cotidiano et est.
Molina et ibi adentes cum multis lib. 2 de primo ge
nis cap. 1 n. 15 Garcia de nouilit. glosa 12 ex n. 52 us
que ad 67 Castillo de tercijs cap. 3 n. 7 Rodriguez de
annuis reditibus lib. 1 quest. 12 ex n. 7 et quest. 17 ex
n. 8 Don. lib. 12 coment. cap. 11 et 12 et apud nos lib.
~~8 cap.~~ tit. 15 lib. 4 compilac. unde facillime exponitur lex
in l. si quisquam 7 de divers. et temp. praesc. ubi docem
ur si quisquam in diverticulo fluminis pluribus annis
solus piscatus fuit alteram prohibere posse ne ibi piscetur
quoniam per longam possessionem cedunt privatis usus rerum

UVA.BHSC

publicis usibus destinatum, ut in effectu hunc locum ac
cipiunt multi ex relatis a Genua legum conciliatarum pag.
mihi 475, et ipse approbat in fine pag. [illegible] 4 Dor. Pich. in
flumina n. 3 inst. de rerum divis. Solorzanus de iure indiae lib.
3 cap. 3 ex n. 65 quamvis aliter alii relati ab eodem Genua et
ab Osual. ad Don. lib. 5 cap. 22 lit. B. et a Goto. in d. l. si quis
quam 7.

Preludium 2m. de exemptione liberi hominis a comercio

17 Homo liber naturali iure, et ratione a comercio ex
emptus est, l. in emptione 34 omnium 1. de contrah. emp. ut
recte docet Cuia. in l. 4 eodem tit. aborret enim a naturali ho
minum dignitate ut sit homo mers alius hominis permu
tetur que alis mercibus aut comparetur pecunia his cuius
gratia pecunia inventa fuit, cetera que fuerunt com
parata que umanis usibus possunt deservire ut in simi
li cons. loquuntur in l. vetus 68 de usufructu l. in pecudum
18 de usuris l. iustissime 44 de edilicio edic. § in pecudum
inst. de rerum divis. Cicero enim ex sententia Crisippi stoice sa
pientie principis agnovit hominum causa omnia nata
fuisse lib. 3 de finibus et ovidius ingeniose lib. Methamor
foseon 4 vers. 76 cecinit natum hominem fuisse ut posset inter
cetera dominare et divinus vates Pasalmo 8 vers. 8, et 9 om
nia subiecta esse illius pedibus que expresit recte et cum digni

